Ac, conjunctio, vim Copulandi habet, pro *Et*, ſive *Atque* decurtatum. Gr. καί, Heb. וְ, כַּ. *And, Alſo, Likewiſe:* ut, Doctus ac juſtus es. ¶ *Ac*, pro duabus his particulis, *Idque*, vel *Et quidem*; Ter. Heaut. *Faciam boni tibi aliquid pro iſtac re, ac lubens.* ¶ *Ac* in principio ſententiarum Convertendi vim habet, pro *Autem.* Cic. De Orat. in proœmio, *Ac primo quidem, totius rationis ignari.* *Ac* in compoſitione ponitur pro *Ad*, mutatione *d* literæ in *c*; ut, *Accedo, Accipio. Ac* & *Atque* vel ab אַךְ, vel à Græco κέ per Metathеſin, ut *Et* à τε. ¶ Aliquando adverbium eſt, & accipitur pro Quàm, ſ. ut, *Haud ſecus ac juſſi faciunt*, Ovid. *They did no otherwiſe then I commanded.* ¶ Aliquando ſignificat *Contrà quàm*, ſicut docet Donatus; ut, *Neſcio quid tibi ſum oblitus hodie, ac volui, dicere*, Ter. *I forgot (otherwiſe then I meant to have done) to ſpeak*, &c. *or, Once to day my mind was to have ſaid ſomewhat unto you.* ¶ Ponitur etiam *Ac* & *Aſi* poſt *Perinde, Similiter, Aliter*, &c. ut, Superbus perinde acſi Rex eſſes, *As if you were a King.* ¶ Aliter ac putaram, *Otherwiſe then I thought*, &c.

Acabel. *Elecampany.*

Acăbo, animal multum valens vi medica in deſertis Arabiæ. *A beaſt in Arabia of great uſe in Phyſick*, Cal.

Acacalis, Dioſc. Flos Narciſſi. Alii aiunt fructum eſſe in Ægypto naſcentis fruticis. Vide Lex. Græc. & Cal. & Dodon. *The ſeed of an herb growing in Egypt, much like the ſeed of the Tamariſk, which being ſoked in water is good for the eyes.*

Acăcia, æ; f. Gr. quaſi Acuta, ab ἀκάζω *acuo*. Vide Plin. lib. 24. c. 12. Matthiol. *A thorny plant: of which be two kinds. The firſt is called* Acacia Ægyptia, *and beareth timber fit for the building of ſhips. The other is called* Acacia altera ſive Pontica; *which is but a little bruſhy ſhrub, full of ſharp prickles, whoſe leaves are like to our Rue. Alſo, a liquor drawn out of the ſeed of the firſt* Acacia, *the Sucedaneum whereof is the juice of Sloes.* ¶ Acacia gummi, *is Gum Arabic*, Dodon. ¶ Acacia rivi, *Drops of Gum Arabic diſtilling*, Petr. Arbu.

Acăcia, æ, p. b. ab ἀ priv. & κακία malitia. *Innocency, ſimplicity; without malice, without fear.*

Acactum, ci; n. Gloss. Vide Acaſtum.

Acăcus, a, um; p. b. ἄκακος, חָמִים. *Harmleſs, innocent, without deceit.*

Acădēmia; ab ἀκὴ & δῆμος, *ſurſum à populo.* Alii, ab ἀκὰ *acies*, & δῆμος *populus*; quia in Academia acuebantur hominum ingenia. Vel ab ἄκος & δῆμος, quaſi *medela publica* ſive *populi*, Bec. Alii ab *Echedemo*; unde quoque ἐχεδημία dicta, *Echedemia*, ab ἐχε· poſt ἀκαδημία, & ἀκαδήμεια. Mycillus l. 2. De re metr. Pro diverſitate ſcriptionis corripit vel producit penultimam. Cic. De Divin. l. 1. Hor. l. 2. Epiſt. 2. Plin. l. 31. c. 2. *A place in* Athens *where* Plato *taught, ſo called of a noble-man there dwelling: now uſed for an Univerſity, or any famous School.*

Acădēmicus, a, um; adj. *Pertaining to* Academia *or an Univerſity:* ἀκαδημαϊκὸς.

Acădēmĭci, orum. Sapientes qui in Academia docebant, vel eorum ſectatores. *Philoſophers of* Plato's *School, Academicks.*

Acæna, æ; f. decempeda, ex ἀ *ſine*, & καίνω *occido*: quòd cædibus ob limites factis finem imponebat. Item, virga exagitandis bobus accommoda, ex ἀκὰ *acies.* Sed & eodem modo metiendis agris inſtrumentum dicebatur pedum decem, Cæl. l. 7. c. 29. *A rod of ten foot long to meaſure land with: alſo, a Goad.*

Acălanthis, idis; f. p. b. Gr. Latinè *Carduelis*, quia carduis inſidunt. *A bird feeding and ſitting on thiſtles: ſome call it a Goldfinch, or a Linnet. Alſo, the name of a dog*; ὄνομα τοῦ ἀκάλανθος, ab adulando, Suid.

Acalca, æ. *The Wall-flower, or (after ſome) the Stock-gilliflower.*

Acalyphe; Plin. ἀκαλύφη vel ἀκάλυφον. *The great ſtinging nettle: alſo, a kind of flies:* παρὰ τὸ μὴ ἔχειν κάλυμμα, Ath. n. quòd tactui non ſit jucunda. Acalyphe eſt animal marinum, quod *Urtica* appellatur, Gell. l. 4. c. 11. Plin. l. 9. c. 45.

Acantha, idem quod Acanthus, ἄκανθα, Virg. ab Acantho puero in florem hujus herbæ converſo; vel quòd ſit ſpinoſus. *The herb Bears-foot.* ¶ Acantha topiaria, Herpacantha: Officinis Brancha urſina, & Marmoraria. *Tragacanth or Dragagant.*

Acanthaleuce, ἀκανθολεύκη. *White thorn, a kind of herb.* Vide Cal. Officinæ vocant *Bedegarim.*

Acanthavŏla; Gr. ex ἀκανθώδης & βάλλω jacio. *An inſtrument with which Chirurgions uſe to pull out fiſh-bones that ſtick in ones throat*, Calep.

Acanthiæ cicadæ, Suid. *Dumb Graſhoppers. A proverb uſed againſt unlearned and ignorant in Muſick, drawn from a kind of Graſhoppers called* Acanthiæ, *becauſe they are near the City* Acanthus, *or*

because they use amongst thorns. Or a kind of Grashoppers using amongst thistles.

Acanthias, Gr. mustellus piscis, spinax, Arist. hist. anim. l. 6. c. 10. ex ἄκανθα. *A fish with pricks on his back.*

Acanthice, es; f. *A certain gum.* ¶ Acanthice mastiche, Plin. 21. 16. *A sweet and pleasant juice enclosed within the top of the herb Pellitory.*

Acanthinum lignum, Jun. *The Brazel tree, or Brasil wood.* Creditur quod *Brasilium* vocamus.

Acanthinus, a, um; p. b. Plin. ad acanthum pertinens, vel ex acantho factus, vel acantho similis, Mart. *Prickly; Of, or like* Acanthus.

Acanthion vel Acanthium, ii; n. p. b. Gr. Plin. l. 24. c. 12. herba est albæ spinæ similis, unde & nomen habet. *A bush like unto a White-thorn, with less leaves, mossy, and pricking. It may be called Oat-thistle, because the seeds be like Oats: or Gum-thistle, or Cotton-thistle, because it is gummy, and the leaves have a thing like Cotton. Also it is used for Holy-thistle.*

Acanthion, ōnis; p. b. *An Hedg-hog, so called because of his thorny pricks.* Gal. De compos. medicam. l. 1. ἀκανθῖνον, erinaceus.

Acanthis, idis; f. Virg. idem quod Acalanthis: avis parva, sed fœcunda; sic dicta quòd spinis & carduis vescatur: Plin. l. 10. 63. & 74. & lib. 25. 13. Item herba quæ *Senecio* Latinè dicitur. *The herb Groundsel. Also, a bird that feedeth on thistles; a Goldfinch, a Linnet, or Siskin.*

Acanthus, i; m. p. b. Gr. Plin. *The herb Brank-ursine, Bears-foot, or Bears-claw. Also thought to be the tree that Acacia before.* ¶ Gallicus triumphus cedro sive citro, Ponticus acantho constitit; Vell. Patere. Vide Acantha.

Acapna; p. b. Mart. Gr. *Dry wood that smoketh not.*

Acapnon, Gr. *A kind of honey taken out of the hive without smoking the Bees,* Plin. 11. 16. Straboni ἀκάπνιον lib. 9.

Acapnos, Gr. *The herb Majoram, or Marjoram,* Dioſc. 3. 47.

Acapnus, a, um; adj. Gr. ex ἀ priv. & καπὸς fumus. Inde *Acapna ligna,* Mart. *Dry wood that smoketh not: not smoked, without smoke.*

Acar, idem quod Acarus.

Acaria, idem quod Acacia.

Acarne, es; ἄκαρνα, f. Plin. l. 32. ult. *A certain Sea-fish with a great head, having ears, and scales like gold,* Athen.

Acaron, vel Acaros, ἄκαρον, Plin. *Wild myrtle, or Gow.* Vide Ruscum, Ruel.

Acarpia, ἀκαρπία, ab ἀ *sine,* & καρπὸς *fructus*, privatio fructuum. *Unfruitfulness, barrenness.*

Acarpus, a, um; Gr. *Unfruitful, barren.*

Acārus, ri; m. ἀπὸ τῦ ἀκαρῆ, quòd sit indivisibilis. Arist. 5. Hist. anim. c. 32. ἄκαρι. Vocatur & *Siron,* & *Ciron, onis:* teredo, sive exiguus vermiculus, qui subter cutim erodit, agitque cuniculos in pruriginosis manibus, Jun. *An Hand-worm: a little worm which breedeth in wax: a mite: also a toadstool or mushrom.* Vide Acar.

Acasignēte. *An herb growing alone without a fellow,* Plin. 24. 17. Dicitur etiam Dionysonymphas, adis; ib. Vide Casignete.

Acassum; n. Gloss. *The Thorn or Briar.*

Acătălectos; p. b. Gr. & Acatalecticus versus; cui in fine nihil deest: ex ἀ priv. & καταλήγω. *A verse that hath no syllable too much or too little.*

Acătălepsia, p. b. Gr. incomprehensibilitas: ex ἀ & καταλαμβάνω, Cic. *Incomprehensibleness.*

Acătăleptos; p. b. Gr. *That cannot be comprehended.*

Acatalis. *Small Juniper.* Bacca Juniperi, quia inter *dapes* ἀδαῆς, Mart.

Acatera, Gr. *Great Juniper.*

Acatia. Vide Acacia.

Acătium, vel Acatius, ii; vel Acatum, i; n. ἀκάτιον, p. b. Jun. dict. quòd sit acatii modo carinatum, Plin. Acatium, dimin. ex ἄκατος, genus navigii actuarii, dict. vel quòd acutum esset, ab ἀκὴ *acies*; vel quòd facilè ageretur, ab ἄγω, Isid. lib. 19. cap. 3. Est etiam phiala πλοιοσχὴς, i. navis formam habens. *A boat or kind of light ship: also the main sail of a ship. Also a little vessel or glass like a boat.* Acatium *is the kind of boat which the Poets attribute to* Charon, *A Skullers boat.* Acatis phaselis, Auson.

Acauſtus, a, um; adj. p. b. Gr. ex ἀ priv. & καίω uro. *Not burned.*

Accalia, feriæ Accæ Laurentiæ, Var. *Feasts of* Acca Laurentia.

Accalvaſter, a, um. *Bald, pilled.*

Accanto, as; Stat. ἐπῳδάω. *To sing by or to.* Juxtà canto, unà canto.

Accedia; vide Acedia.

Accēdo, is, essi, ĕre, cessum; ex Ad & Cedo; προσχίνομαι, προσέρχομαι, עגב, קרב. *Accedamus huic obviam,* Plaut. *Accede huc.* In nominibus propriis oppidorum aut pagorum accusativum sæpius habet, nullâ præcedente præpositione; in reliquis accusativum cum præpositione. Per translationem sæpe pro *Assentire, Probare, Recipere* ponitur: *Accessit animus in meam sententiam,* Plaut. Item *Accedere sententiæ,* & *Accedere alicui,* i. Assentiri, συγκατατίθεμαι. ¶ Aliquando Similitudinem quandam denotat vel ꝛqualitatem; ut, Antonio Philippus proximus accedebat, *Came nigheſt, or was moſt like unto* Antony. Qui ad sapientiam proximè accedunt, *Who are moſt like to be wiſe men.* Virtuti alicujus accedere, *To be of equal virtue or proweſs.* ¶ Aliquando ponitur pro *Adjungi*; ut, *Accedit ad hæc,* i. adjungitur ad hæc, προσγίνεται τούτοις. *Accedo,* est Ad aliquem cedo, ut Græcis προσέρχομαι. *Accedo tibi,* i. Eadem tecum sentio. *Accedo te,* i. Ad te venio, Mart. ex Sosip. *Accedere* dicitur, quicquid alii adjungitur vel applicatur. *To assent, to be added to, or encreased, to come unto, to come nigh unto, to approach, to come, to be like, to go unto.* ¶ Accederat, pro Accesserat, Cal. ¶ Accēditur, imp. ¶ Postquam ad remp. accessi, *After that I came to bear office in the Commonwealth, or applied my self to common offices.* ¶ Accedero ad periculum; &, Accedere periculum, Plaut. *To go into danger, to endanger himself.* ¶ Accedere in ædes, *To go into his house.* In infamiam, Plaut. *To come into infamy.* ¶ Aliquando ponitur pro *Addi* seu *Augeri*; ut, Plurimum pretio accedit, Col. *Very much is added to the price; or, is much enhanced.* Accedere nihil potest ad amorem, *Nothing can be added to our love: or, Our love cannot be greater then it is.* Animus illi accessit, *His courage is encreased.* Accedit nobis illud incommodum, quòd, &c. *This discommodity comes moreover, &c.* Accessit meæ temeritati, quòd, &c. *My rashness was the greater, in that I, &c.* ¶ Huc, eò, eodem accedit, *Hereunto moreover is added.* ¶ Febris accedit, Cels. *The ague hath his course; or, The fit of the ague beginneth. Accedere* dicuntur, quæ tanquam appendices sunt contractûs emtionis, Var. *To be annexed to, or to be included in the bargain.*

Accela, idem quod Accia, Gloss.

Accĕlĕrātio, ōnis; f. verb. ἐπείγω. *Haste or speed-making.*

Accĕlĕro, as; ex Ad & Celero: σπεύδω, ἐπείγω, propero, festino, maturo, celero, celeritatem adhibeo, מהר. *To hasten or make speed.* Accelerare alicui magistratum, Tacit. *To procure one to be in office before he be of sufficient age.*

Accendo, dis, di, sum; ex Ad & antiq. Cando vel Candeo: ἀνάπτω, ἀνάπτομαι, יגד. Proprie sign. *candidum reddere*; μεταλλιτικῶς *inflammare*; μεταφορικῶς *celebriorem reddere,* Voss. *To kindle, to inflame, to set on fire, provoke, or give boldness to, to encourage, to animate.* ¶ Sitim accendere, Plin. *To encrease thirst.* ¶ Accendere pretium, i. Augere, *To raise the price.* ¶ Accenditur, imp. ¶ Accendor, pass.

Accenseo, es, ui, ēre, sum; Sen. Epist. 91. Eadem ætas Lycurgum sacro illi numero accensuisset, *Decreed him, or chose him into the number.*

Accensibilis, le; adj. ab Accendo. Heb. 12. 18. *Accensibilem ignem,* πεπυρωμένον πῦρ· aliter *accessibilem.* Beza *ardentem.*

Accensio, ōnis; f. Gloss. ἔπαινος, ἐπιπομπὴ, ἔπαρσις, ἀναθυμίασις, assumtio. *A revenge, or sacrificing of any thing.*

Accensitus, a, um; part. ab Accenseo: idem quod Attributus. *Reckoned to or with another thing.* Vide Accensus.

Accensor, ōris; ὑποπαιγνίδιος, ὑποπαίστης, βιβλιαγωγὸς· i. introductor, qui actionem rei dare potest, seu jubere ut lege agas; princeps consilii seu curiæ. *A Judg that giveth plea, or permitteth the bearing of any cause.*

Accensus, a, um; incensus, ardens, flagrans, Sil. Ital. *Kindled, enflamed, having fire made on them. Also very angry, enraged, in a great chafe,* Virg. *stirred up, encreased,* Tacit.

Accensus, i; m. ex Ab & Censeo vel Cendo: Var. ex Accito: ὑπηρέτης, κλητὴρ, ὑπομνηματογράφος. *Accensi,* genus militiæ erat administrantibus proximum. Dict. quòd ad res necessarias sæpiùs accirentur, veluti Accensi, Var. Fest. *Adcensi* dict. qui in locum demortuorum militum subitò subrogabantur, ita dict. quòd Ad censum adjiciebantur. Apparitor magistratuum, *A Notary or Clark.* Non reprehendo quòd ascripsit Accensus, Cic. in Verr. *Also an usher, porter or door-keeper. A soldier appointed to be about great officers for defence of their body. Also he that after, the death of a soldier was put in his place, or that accompanieth and goeth before soldiers that be sick, ready to be in one of their places. Also a minister ready at the commandment of the chief officer. Also an officer or Serjeant attending when the lictores be away.*

Also

Also a Cryer, to call men to assemblies: a Beadle. Jun. Carol. Sigon. *It may be used for him that Lawyers call* Adjunctum. ¶ Accensi, quos Vegetius Supernumerarios vocat, lib. 2. cap. 18. *Soldiers above the compleat number of a legion: the others were called* Legitimi, Veget. 2.19. Accensus *now adaies is the Serjeant of the Band.* Accensi *in our discipline we may call Reformadoes, supernumerary volunteers more then the band, without place or office, but such as look for the next Halbert, Colours, or Captains place that falleth.*

Accentiuncula, dim. ab Accentus. Gell. *A little accent, &c.*

Accento, as. *To accent, to tune.*

Accentuo, as; accentuatim profero. *To pronounce according to the accent.*

Accenturaria, Gloss. ab Accendo & Thus. *A perfuming-dish, a chasing-dish.*

Accenturialis, lis; fibula vel zona Centurionis.

Accentus, us; m. verb. ab Accino, συν, tonus, tenor, Quint. ἐφωνδία. Dicitur quasi *Adcantus*, h. e. ad sive juxta cantum, quia ad cantilenam vocis nos cognoscere facit syllabas. *An accent, tune, tenor, the rising and falling of the voice.*

Accepso, pro Acceperim Veteres dixere, Pacuv.

Acceptabilis, le; adj. *Acceptable.*

Acceptābulum, V. Acetabulum.

Acceptæ, arum; f. pl. *Each mans part upon the division of lands.* Siculus Flac. Manipulus singulas acceptas accipiet. Hygen. Ut ad partitionem acceptarum mensura acta appareat.

Acceptarius. Vide Acceptor.

Acceptatio, Barb. pro Acceptio. Gloss. *An acquittance.*

Acceptator, Vide Acceptor.

Acceptilātio, ōnis; f. i. lat. Accepti, ab eo quod est *Acceptum ferre*, vel *Accepto ferre. Acceptilatio* pro *Acceptio*, Digest. ἀποχὴ, ἀπαγχον γεγραμμένον. Ficta solutio, Cal. *A quittance or discharge of an obligation made by mouth: as when the debtor demandeth of the creditor, Whether he be content with that he hath promised him; and he answereth, Yea; as though he had said, I do accept it as paid.*

Acceptio, onis; f. verb. ab Accipio, λῆψις. Est etiam Propositio quæ accipitur à Respondente. *A receiving or taking.* Acceptiones, *the same that* Acceptæ. Acceptiones in centuriis, Sic. Flac.

Accepto, as; freq. ab Accipio. Plaut. ὑποδέχομαι. *To take or receive often.*

Acceptor, ōris; ὑποδοχεύς. Acceptator & Acceptarius. Item Acceptor pro Accipitre ponitur. *He that taketh or receiveth. Also a hawk.* Rostra acceptoris & ungues, Lucil. In Gloss. *Acceptor*, ἱεραξ, ὀρχὸς. Inde Canis acceptoritius, *A dog that serves a hawk.*

Acceptorius, a, um. *That which containeth, receiveth, or taketh.* ¶ Acceptorius modulus vel modiolus in aquæ ductibus, cui opponitur Erogatorius, Front. *A bucket in conduits to receive water: as* Erogatorius, *to deliver water.*

Acceptrica, & Acceptrix, ĭcis; Plaut. *She that receiveth.* Acceptrix, Acceptrica, ut Chœnix, Chœnica; Phalanx, Phalanga; Senex, Seneca. Mart.

Acceptuaria, λεξιμαγεῖα, Gloss. quasi ab accipiendo thure. Mart. leg. *Acerra turaria. Accenturaria* quidam volunt.

Acceptum, ti; n. quicquid ab alio accipimus, seu dono, seu mutuo, seu alio quovis modo. ¶ Tabulæ accepti & expensi. *Books of accounts of what we receive or lay out.* ¶ Acceptum referre, est pro Accepto habere, & fateri se accepisse, etiamsi nihil sit acceptum: scribere in tabulis se accepisse. *Any thing one hath received, either of gift, or as lent, or otherwise howsoever.* ¶ Accepto ferre, & Acceptum ferre; Accepto facere, & Acceptum facere; Acceptum habere; idem significant, Hottom. ὁμολογῶ, ἀναλίσκω, δίδωμι. *To accounts as received: to acknowledg and confess the receit of any thing due by promise, though the same be not indeed received, and to confirm the acknowledgment by writing.* ¶ Accepto mihi fertur quod promisi, *That which I promised is counted as performed, and I acquit of my promise.* ¶ Accepto vel Acceptum rogare dicitur, qui stipulatur, An id quod promisit, creditor, acceptum habeat, Hottom. *To desire to be quit of his promise.* ¶ Accepto liberare dicitur creditor, cùm debitori stipulanti respondet, Se acceptum habere, Hottom. *To give a discharge of a debt or promise: to acknowledge himself contented and paid.*

Acceptus, a, um; part. *Received, taken, entertained.* Accepti Vitellio annuli, Tacit. pro, à Vitellio.

Acceptus; nom. é part. χρήσιμος. *Pleasant, thankful, allowable, acceptable.*

Accersio, is, īvi, sītum; μεταπέμπω, μεταπέμψω, voco, advoco; ab *Accio*, קרא. Ponitur & pro Accusare. *To call forth or send for: to go call, to fetch: to provoke: to accuse: to add to a thing.* ¶ Accersere auxilia ex, vel ab aliquo loco, Cæs. *To send for aid out of some place.* ¶ Gallos ad bellum accersunt, Sal. *They provoked.* ¶ Accersere aliquem crimine ambitûs, *To accuse one of unlawful suing for an office.* ¶ Accersere aliquem majestatis, *To accuse one of treason.* Accerso *is not to accuse, but arcesso. Accersit*, qui vocat; *Arcessit*, qui accusat, Agrat.

Accersītor, ōris; m. verb. Plin. καλήτωρ. *He that goeth to call or seek.*

Acersītus, a, um; part. μεσυλλογίτε. *Called or sent for, accused.* ¶ Dictum accersitum, *A far fetched speech.* ¶ Joci frigidi & accersiti, *Bald jests and far fetched*, Suet. ¶ Accersitus sermo, *Words of course, complemental.* ¶ Cùm me accersito sermone lassasset, *With idle words finding talk with me*, Pet. Arbit. ¶ Accersitum malum, cum quis sibi mali causam præbuerit.

Accersītus, us; m. verb. μετάκλησις, πρόσκλησις. *A calling upon, a sending for.*

Accerso, is, ivi, sītum, ĕre; conjug. tertiæ. Idem signif. quod *Arcesso* & *Accesso*, ab *Accio*. Signif. apud Virg. Attraho. Item Accuso. *To call, to go to call.* Vide Accersio. ¶ Accersor, pass. ut, *Cupio accersi*, Ter. ¶ Accersendus, pro Arcessendus, Cal.

Accessio, ōnis; f. verb. ab Accedo: προσθήκη. *An increasing, augmentation, eiking, vantage: an accessary, that is not principal.* Plin. Smaragdis teximus tabulæ, & aurum jam accessio est, *Gold is but an addition in cups to the Emerauld which is the principal material. A Surety.* Paul. *A coming to. The coming again, course or sharp assault of an Ague.* Cels. *Also the same that* Mantissa. Magnam accessionem sibi fecissent, *They had greatly strengthned themselves.* Idem quod Auctarium vel Additamentum, *Surplusage.* Cic. *The waiters or servitours wine.* Cic. in Verrem Act. 3.

Accessor, ōris; ab Accedo, Valer. προσελυτὴς, qui accedit. *A comer to.*

Accessorium, n. *An encrease or addition.*

Accessus, a, um; part. vel nom. è part. Ovid. προσιτός. *That one may come unto.*

Accessus, us; m. verb. ab Accedo: idem quod Accessio: προσθήκη. *An approaching or coming to, an increase, a growing, accesse, passage or way to a place.*

Acceia, alitèr Accia, Gr. ἀκκαλέα, dict. ab acie rostri. Gloss. *A bird called of the Grecians* Ascalaphus, Perdix rustica Mart.

Accia, æ; Gloss. *A Nettle.*

Accidendus, a, um; part. *To be abated, &c.*

Accĭdens, tis; ab Accido, Quint. πτῶσις, τὸ συμβεβηκὸς. *Accidens* aliquando passionem signif. & ipsam operationis factionem, Gal. Quæ constitutionem partium similarium necessariò sequuntur, in sanis quidem *Accidentia*, ægrotantibus *Symptomata* dicunt. *Happing by fortune, an accident a casualty: also a circumstance.*

Accidentalis, le; adj. ab Accidens. *Accidentally happing.* Fab. Vict.

Accidentaliter, & Accidenter, adv. *By chance.*

Accidentia, æ; f. Plin. πτῶσις, συμβεβηκὸς. *Chance, an accident: also a Property.*

Accidia, Accidiola, Acciditas. *Slothfulness or sadness.* Vide Accedia.

Accidior, aris. *To be slothful, sad or greived.* Vet. Interpr. Mart.

Accidiōsè. *Slothfully.*

Accidiōsus, a, um. *Slothful.*

Accidius, a, um. *Somewhat slothful.*

Accido, dis, cĭdi: ex Ad & Cado: συμπίπτω, προσπίπτω, quasi ad, i. juxta, aliquid cado, accedo, evenio, obtingo, נפל. *Ad genua alicui accidere. Accidit ad aures*, Liv. *Accidit auribus*, & *Accidit aures*, Plaut. vetustè pro *ad aures.* In tertia persona significat Præter spem venire, & hoc tam in bonum quàm in malum, קרה, συμβαίνει, εὐτυχεῖται, ut, Ad animum accidit, *It fell out even as I would have it.* Præter opinionem accidit, *It fell out otherwise then I looked for. To fall down in doing reverence, to prostrate himself, to happen or befall, to come to.* Quos accidam? Sal. *To whom shall I make my humble supplication?* ¶ Jurisconsulti usurpant pro Mori: *Si quid pupillo accidat*, Pompon. *If any thing happen unto him otherwise then well; If he dye.* Et plenius, *Si quid humanitus ei acciderit.* Ità & Græci, Εἴ τι πάθοι. ¶ Accidit in te istuc verbum, Ter. *This saying toucheth thee: or, This may be well said unto thee.* ¶ Quorsum accidat timeo, *I fear to what end it will come.* ¶ Accidit ut ille, &c. *It came so past that he, &c.*

Accĭdo, is, cīdi, sum; ex Ad & Cædo, Liv.

Liv. ἐκπνέω, ἀναλίσκω, חדר, attenuo, circumcido, exhaurio. *To extenuate, to cut off, to abate, to bring low, to make feeble, to afflict, to destroy, to consume.*

Acciendus, a, um; part. *Due to be sent for.*

Accieo, es, ivi vel ii, citum; ex ad & Cieo; μεταπέμπω, μεταπέμπομαι, קרא, Plaut. in Mil. *To call, to send for one to come.*

Accinctus, a, um; Tac. ἕτοιμος, industrius, paratus, expeditus. *Girded, prepared, ready, armed, active, nimble.*

Accingo, is, xi, ctum, ĕre; ex Ad & Cingo, Virg. ἐκζώννυμι, συναναζώννυμι, ἐπιμίζω, חגר, instruo, armo. Ferè cum ablativo jungitur; ut, *Accingere se armis, ferro, ense.* Interdum pro *Aggredi & præparare*; ut, *Magicas invitam accingier artes*; pro, ad illas discendas præparari, Virg. *To gird, to make ready to doe something, to addresse, to set upon, to settle, to prepare.* Illi se præda accingunt, Virg. *They make themselves ready for the prey.* ¶ Accingunt omnes operi, Virg. *Every one buckleth himself to the work.* ¶ In hoc discrimen accingere, Liv. *Prepare thy self to undergo this danger.* ¶ Quin ad hoc accingeris? Liv. *Why dost thou not settle thy self about thy business?* ¶ Accingar dicere pugnas, Virg. *I will addresse my self to speak of battells.* ¶ Ferro accingi, Virg. *To be armed.* ¶ Accinge, pro Accingere, Pompon.

Accĭno, is, nŭi, entum, nĕre; ex Ad & Canor: ᾄδω, ὑμνῳδέω. *To sing to an instrument, to sing a part, as a treble to a tenour, or descant to plain song.* Vide Accanto.

Accio, is, ivi, ire; ἀναγκάζω, קרא, voco, invito. *Mulieres ego accio*, Cic. ad Attic. *Accire mortem conscientia*, Vell. Vide Accieo.

Accipenser. Vide Acipenser.

Accipiendus, a, um; part. *Due to be received.*

Accipio, is, ēpi, eptum, ĕre; ex Ad & Capio: λαμβάνω, נשא, לקח. Interdum est Audire, aliquando Sentire, aliquando Concipere, aliquando Tractare, tam in malum quàm in bonum; aliquando Probare, aliquando Affici. *To take, to hear, to know, to suppose, to conceive, to understand, to receive, to entertain, to allow, to obey, to pledge in drinking.* Rationes à colono accipere, *To take an account of his bayliff.* ¶ Urbem in deditionem accipere, Liv. *To take a City that yeeldeth it self unto his mercy.* ¶ Accipite orationem Archytæ, *Hear the oration or speech of Archytas.* Ut de Hercule accepimus, *As we have heard of Hercules.* Te dicere accipio, *I hear that you say.* ¶ Aliter de amore atque est accipis, Ter. *You suppose otherwise of love then it is indeed.* ¶ Quæ gerantur accipies ex Pollione, *You shall know of*, &c. Si te æquo animo ferre accipiet, Ter. *If he shall understand that you*, &c. Ut volet quisque accipiat, *Let every man conceive of it as he will.* ¶ In urbem accipere, Liv. *To receive into the City, meeting at the gates.* ¶ In civitatem accipere, *To receive as a Citizen, to make free.* ¶ Accipit hominem nemo melius prorsus, Ter. *He entertaineth one, no man living better.* ¶ Accipere aliquem in prandio, Plaut. *To entertain him with a dinner.* Accipere hospitio, *To entertain one with lodging, to lodge.* ¶ Indignis modis aliquem accipere, Ter. *To handle or entreat exceeding ill.* Vehementer puerum accepi, *I shook him up roundly.* ¶ Malè accepit verbis Rabonium, *He used him very ill in words, or, He gave him very foul language.* ¶ Rogationem accipere, *To ratifie or allow a law proposed.* Sententiam accipere, *To approve ones opition.* ¶ Accipit amnem Eurotam, nec recipit, *He taketh into him the river* Eurotas, *but entertains him not within*, i. *suffereth not his waters to be mixed with his*, Plin. ¶ *Accipere judicium* dicitur, qui patitur à Prætore dari judices in eam rem, de qua movetur controversia, Hottom.

Acĭpĭter, tris; m. ab Accipiendo, quòd male accipiat aves. Voss. corruptum putat ex ὀξυπέτηρ· ἱέραξ, κα, Item idem quod Accipenser, Plin. l. 10. 8. *Accipiter pecuniarum*, Plaut. *A hawk, or any other bird which liveth by prey: also a kind of sea-fish*, Apul. Accipitrum genera sunt, Æsalo vel Nisus, Palumbarius, Tinnunculus. Accipiter humipeta, *A Spar-hawk.* Accipiter hierax, *A Saker.* Accipiter in fem. genere dixit Lucret.

Accipitrarius, a, um; inde Accipitrarius, ii; m. Jun. *A Falconer*, ἱερακοτρόφος.

Accipĭtrīna, æ; f. Apul. ἱεράκιον, lactuca sylvatica. *The herb Hawkweed.*

Accipĭtro pro Jaceo. Nævius apud Gell. 19. 7.

Acciſmus, Gr. *Dissembling or fained refusal.*

Acciſſo, as; Var. ἀκκίζω, A moribus Accûs ineptæ mulieris dict. ineptire, dissimulare. *To dote, to dissemble, to be mad or foolish.*

Acciſus, a, um; part. ἐκτετυχὸς μέρος, κεκομμένος μέρος. *Abated, clipped, pared, mangled, clean cut off.* ¶ Acciſæ dapes, Virg. *Clean spent or eaten up.* ¶ Acciſæres, i. amputatæ, exhaustæ.

Accĭto, as; freq. ex Ad & Cito, Lucret. *To call or send for often.*

Accitus, a, um; Virg. *Called, sent for, commanded to come.*

Accitus, us; m. verb. ab Accio; μετάπεμψις, μετάκλησις. *A calling or sending for.*

Acclamatio, ōnis; f. verb. ἐπιφώνημα. *A shouting, crying out, an hue and cry; in liking or disliking.*

Acclamātor, ōris. *A shouter or cryer.*

Acclamĭto, as; freq. ex Acclamo; ἐπιφώνησις, Plaut. *To shout or cry out often.*

Acclāmo, as; ex Ad & Clamo; ἐπιφωνῶ, ἐπικροτῶ. *Acclamare alicui*, pro, in favorem alicujus. *Acclamare in aliquem*, i. reclamare. *To cry together in sign of rejoycing, or of displeasure; to agree unto, to cry unto.*

Acclāvo, as; ex Ad & Clavo. *To drive in a nail, to clou with a nail, as horses feet are; to nail or clou a piece of Ordinance, by driving a nail into the touch-hole.* Medull. Gram.

Acclinatorĭum, ii; n. *A bed.*

Acclinatus, a, um; part. vel nom. ex part. *Leaning or bending to.* Vitis acclinata terram, Ovid. *Bending to the earth.*

Acclīnē, adv. *Bendingly.* Hier.

Acclinis, e; & Acclinus, a, um; adj. *Leaning, prone or bending to, incumbens.* Hor. Acclinis falsis animus, *Enclined to falshood.*

Acclīno, as; ex Ad & Clino, Liv. ἐπικλίνω. *To incline or bend upwards; to favour, consent or agree; to lean towards.*

Acclīvis, ve. Propriè de Ascensu dicitur, cui opponitur *Declivis*, ἐπικλινής: ex Ad & Clivus, quasi in clivum acuminatus, sensim elevatus. Alii ex Ad & Clino: ἀναφορικός, ἀνάντης, ἀνωφερὲς, ἀναπικλιμής. *Rising upwards to a thing, inclining or leaning to, steep up, rising upwards to a cliff, hill, &c. steep or upright.* Solum acclive, Virg. *Hanging ground, or a rising ground with a bank.* ¶ Trames acclivis, Ovid. *A way going up against a hill: a steep or upright way.* *Acclivis* proprie est de hominibus aliisque animantibus; *Acclivis*, de aliis rebus.

Acclivĭtas, ātis; f. ἀναφορικὸν, Cæs. *The steepness or cliff of a hill.*

Acclīvus, a, um; Liv. idem quod Acclivis.

Acclūdo, V. Claudo.

Acco, Gloss. *A Sackbut.*

Accŏla, æ; c. g. πάροικος, ab Accolendo, i. juxta habitando. *A bordrer, one that dwelleth by, that cometh out of one country and dwelleth in another, a neighbour.* Pastor, accola ejus loci, Liv. *A shepheard that dwelleth hard by that place.* ¶ *Accola* non propriam, propriam colit *Incola* terram: Vocab. utriusque Juris.

Accŏlo, is, ui; ex Ad & Colo: παροικέω. *To dwell by, to be a neighbour to.* Tyberim accolunt, Liv. *They dwell upon or neer the river Tyber* ¶ Accolitur dextrâ lævâque crebris oppidis, Plin. *It is inhabited, &c.*

Accommŏdo, as; ex Ad & Commodo; ἁρμόζω, συμβιβάζω, adhibeo, adapto, adapte colloco, תמין. *Accommodare alicui de habitatione. To apply to, to mitigate, to accommodate, to proper: to conform: to make apt, fit, like or agreeing to: to set in order: to lend.* ¶ Accommodare se ad alicujus arbitrium, *To apply or conform himself to.* ¶ Coronam sibi ad caput accommodare, *To set fit on his head.* ¶ Ensem lateri accommodare, Virg. *To hang his sword by his side.* ¶ Accommodare alicui ædes ad nuptias, *To lend one his his house to solemnize a marriage in.* ¶ *Accommodare* etiam Jurisconsulti dicunt, pro Benignè & ex æquo & bono, contra summi juris regulas, concedere, Hott.

Accommŏdate; adv. ἁρμοδίως. *Aptly, fitly.*

Accommŏdatio, ōnis; f. verb. ἁρμοδίωσις. *An applying, fitting.*

Accommodator. *A lender, an applyer, a fitter.*

Accommŏdātus, a, um; part. five nom. ex part. unde Accommodatior, Accommodatissimus; ἁρμόδιος, οἰκεῖος. *Proper, fit, apt, convenient, to the purpose: Also applyed, beseeming, inclined, disposed.*

Accommŏdē; adv. *Fitly.* Quint.

Accommŏdus, a, um; Virg. ἁρμόδιος,

δυθ. *Meet, convenient, fit.*

Accŏmo, *To deck.*

Accongĕro, isi; ex Ad & Congero. *To heap up together.* Plaut. Truc. Huic dona accongesti, *I have heaped gifts upon her*; *or*, *I have plyed her with gifts.* V. Gruterum, qui aliter legit hunc locum.

Accorporo, as. *To adjoin or put to:* Am. Marc. Damnatorum bona suis accorporare.

Accrĕdo, is, didi, ĭtum, ĕre; ex Ad & Credo, Colum. πιστεύω, πιστεύομαι. *To believe that which one sayeth, to consent.*

Accredŭo, is; antiq. idem quod Accredo. ¶ Accreduas, pro Accredas vel Accredideris, Plaut.

Accrēmentum, n. Plin. ἐπαύξησις, βλάστη· idem quod Incrementum. *Increase.*

Accrēpĭtus, a, um. *Very old.* Vide Decrepitus.

Accrĕsco, is, ĕvi; ex Ad & Cresco, αὔξω, ἐπαυξάνομαι, βλαστάνω. *To grow, to increase, to be augmented, to gain.* ¶ Accrevit pectori cespes, Tac. *Grew breast-high.* Interdum *Accrescere* accipitur in Jure pro *Diminui*, Ablerie.

Accrētio, ōnis; f. verb. *The increasing.*

Accūbans, ntis; part. *Sitting or lying down by guests, a sitter at table, a guest.*

Accŭbātio, ōnis; f. κατάκλισις, σκηνή. *A sitting at table, a lying down: the sitting of birds: the lying in of a woman:* *also* id quod Accubitus.

Accŭbatus, us; m. *A lying in of a woman.*

Accubita. Vide Accubitum.

Accubitalis, le; adj. unde Accubitale. *A cushion to sit upon, or to put under the elbow,* Treb. Poll. ¶ Accubitalia, ἀνακλιντήρια. *Carpets, pillows, or other furniture, to cover a Roman dining-bed or Pallat,* Cæl. *Also the same with* Triclinia, Salmas. *The dining-room where such beds stood.*

Accubitĭo, Næv. *A sitting down,* Cic. Vide Accubatio.

Accŭbĭtor, ōris; m. *One that sitteth at the table, a guest.*

Accŭbĭtum, ti; n. & Accubita, æ; f. Lampr. lectus in quo cubatur, ἀνακλιντήριον, משכב. *A bed or couch to sleep on in the day, a bouister.*

Accubitus, us; m. ipse cubandi actus, ἀνάκλισις. *A sitting or lying down, a sitting at table.*

Accŭbo, as, ui, ĭtum, are; ex Ad & Cubo, juxtà cubo, adjaceo, accumbo, discumbo, שכב, παρακεῖμαι, παρεσκεύασμαι, κατακλίνω. Est & Accubare pro Jacere. *To sit nigh, to sit at table, to lye by, to sit down, to be dead, to sojourn.* ¶ Theatrum Tarpeio monti accubans, Suet. *Being situate by, or adjoyning to.* ¶ Accubat apud me, Plaut. *He dineth, or supperh with me at my house.*

Accŭbŭò, ab Accubando; adv. V. Mart. diligenter, & quasi accumbendo. Eadem forma qua *Assidùò* ab *Assidendo*, Plaut. *Sitting, leaning or lying still, diligently sitting at it, as at ones book, or work, or meat*; *or lying à bed long, as if to make a work of it.* Dormit accubuò. Edit accubuò. Studet accubuò. *Also lasily, idlely.*

Accŭdo, is, di, dĕre, sum; cudendo addo, σφυρηλατῶ, σφυροκοπῶ. *To coin more to, to forge, to beat on an anvil, to coyn.*

Accumbo, is, ui; κατακλίνω. Vide Accubo. *To lye down, to lye by, to lye or sit at feasts.* Accumbere alicui, & cum aliquo, Plaut. *To sit by one.* ¶ Accumbere in convivio, & Accumbere epulis, κατακλίνεσθαι. *To sit at the table.*

Accŭmŭlatè, adv. Superl. Accumulatissimè, חמרים חמרים, σωρηδόν. *Abundantly, plentifully, liberally, by heaps.*

Accumŭlatio, ōnis; f. verb. Plin. ἐπισώρευσις. *A heaping together*; *also the casting of earth about the roots of trees.* ¶ *Accumulatio*, est plurium actionum judicialis adjunctio, ut si ex una causa plures actiones nascantur contra diversos, Alciat.

Accŭmŭlator, ōris; m. Tac. *He that heapeth or gathereth together.*

Accŭmŭlo, as; ex Ad & Cumulo, אגר, ἀθροίζω, ἐπισωρεύω. *To heap together, to add, to increase, to lead, to gather on heaps.* ¶ Accumulare eadem cædes, Lucret. *To commit murder upon murder.* ¶ Alicui honorem accumulare, Ovid. *To enlarge ones honour, to make more honorable.* ¶ Accumulare arborem, Plin. *To heap earth about the roots of a tree.*

Accūrāte, adv. ἐπιμελῶς, ἀκριβῶς, diligenter, studiosè, exquisitè. *Exactly, accurately, studiously, cunningly, curiously, diligently.* ¶ Accurātiùs; adv. *More curiously.*

Accūrātio, ōnis; f. ἐπιμέλεια, ἀκρίβεια. *Care, diligence, exactness.*

Accūrātò; ut, Accurato opus est & properato, Plaut. *There is need of care and speed.*

Accuratus, a, um; part. vel nomen ex part. magnâ curâ factus, ἐπιμελής. ¶ Accuratum, i. probè curatum, ἐπιμελῶς, Plaut. *Accurate, exact, curious, exquisite, well handled, diligently and studiously done.*

Accuro, as; p. b. ex Ad & Curo. *Ad* augendi vim habet: ἐπιμελοῦμαι, חשיב לב, חפץ, חרר. *To care for, to take heed to, to provide for, to look to a thing carefully or diligently.* Prandium accurare, Plaut. *To provide or make ready dinner.* Accurare *properly, is to take pains in clearing the skin.* Ipse quoque barbam psilothro accurat, Lamprid. *He took his beard smooth off with a depilatory.* Eodem quo mulieres accurabatur, *He smoothed or plucked the hair off from his skin with the same that women did,* Lamprid. Psilothro vel dropace curare, vel accurare, *To smooth the skin.* ¶ Accuror, āris; pass.

Accurritur; impers. Tacit. *They run unto.*

Accurro, as. *To bear rule.*

Accurro, is, ri, sum, ĕre; ex Ad & Curro: ad aliquod curro, προστρέχω, ἐπιδίω, רוץ. *To run to, to hasten to, to assemble.*

Accursĭo, as; freq. ab Accurro. *To run often unto or together,* Gloss.

Accursōrium, ii; n. *The place to which one runneth.*

Accursus, us; m. ἐπιδρομή, προσπέλασμα. *An hasty running together, a concourse, an assembly.* Vide Concursus.

Accusabilis, le; adj. αἰτιατὸς, accusatione aut reprehensione dignus. *Worthy to be accused or blamed.*

Accusans, tis; part. κατηγορῶν, & κατηγορούμενος.

Accusatio, ōnis; f. κατηγορία, ἔγκλημα, αἰτίαμα, תוכחה, שטנה. *An accusing or blame.*

Accūsativus, a, um; κατηγορικός. *That whereby one is accused.* Hinc Accusativus casus, quia per hunc accusare vel laudare solemus.

Accūsātor, ōris; m. κλήτωρ. *An accuser, a plaintiff, a rebuker, a promoter; He that in the first place accuseth.* Vide Subscriptor. Asc. Ped. Car. Sigon.

Accusatorie; adv. κατηγορικῶς. *With mind to accuse, like an accuser.*

Accūsatōrius, a, um; adject. κατηγορικός, ἐγκληματικός. *That appertaineth to accusation.* Accusatorio animo adductus, *Led with a mind to accuse.*

Accusatrix; f. Plaut. κατηγορήσουσα. *She that accuseth.*

Accūsatus, a, um; incusatus, reprehensus, in judicium vocatus, κατηγορούμενος *Accused, called to answer.*

Accusito; freq. ab Accuso, Plaut. *To accuse often.*

Accūso, as; ex Ad & Cudo: cujus freq. Cuso, ex quo composita, *Incuso, Excuso, Accuso, Recuso.* Rectiùs ex *Ad* & *Causa*, crimen, culpa, Gr. αἰτία. Inde αἰτιάομαι, ἐπαιτιάομαι, κατηγορέομαι. *Causa* signif. actionem vel crimen objectum: κατηγορία, תלשין, תוכיח, רגר. *Accusare aliquem. Accuso te illi, apud illum*, vel *coram illo, magni sceleris*, vel *de magno scelere*, Cic. ad Att. l. 4. *Non committam posthac ut me accusare de literarum negligentia possit.* ¶ *Accusare inertiam alicujus*, pro *Culpare.* Sic *Accusare vitium, culpam*, aut *crimen alicujus*, h. e. Eum vituperare. *To blame, to reprehend, to find fault with, to accuse, to reprove, to dispraise, to complain of, to chide.* ¶ *Accusor id me.* Plaut. figuratè, pro, ob id, vel de eo, *Thou doest accuse me for that.* ¶ Is me accusare de te solebat, *For matter concerning you.*

Acearium; n. Gloss. *Hard iron.*

Acēdārium: Plin. l. 19. cap. 4. habet Acetarium. *Sallet, herbs to be eaten raw: or the garden where they do grow. A sallet of herbs made* ex facilè parabilibus, *without great care and labour:* ab α & κήδω.

Acēdia, æ; f. ἀκηδία· est vacuitas mœroris, & mœroris abundantia: ex α & κῆδος *sollicitudo.* Quidam scribunt Acidia, & Accidia, sed malè. *Slothfulness, wearines, negligence or carelesness, pensiveness, idleness, wearines, indisposedness to pray, &c.*

Acēdio, as. *To be slothful or careless, heavy, dull, sorrowful.*

Acēdior; Vet. Interpr. *To be greived.*

Acedon, ut Pintianus legit, cùm apud Plin. l. 11. cap. 15. legitur Acœton. Alii *dixerunt* dicebant, quòd citra operam hominum fluxisset sponte, ex α priv. & κήδομαι. Al. κοίτῳ in oleo amurcam, in vino fœcem dici volunt. Taub. leg. *Acedes, dixerit*, vel *Acedestos.* Sic & Horti *Acedaria* dicuntur l. 19. cap. 4. Vide Acœton. *The best bony.*

Acedŭlus, a, um. *Somewhat sharp.*

Acĕldama, חקל דמא, ex חקל *Acel-*

dama

dama, Syr. ager sanguinis, *A field of blood.*

Acella, i. ala; dict. quòd ex iis brachia eelluntur, i. moventur. *The armehole.*

Acentra, & Acenteta, & Acenteta, ἀκέντρητα, & ἀκεντέτα, quasi sine punctis centrisve. Kostius est *pungo*, & ἀκίδιον, *stimulus*. Gemmæ, quæ mucrones non habent, sed leves sunt, non asperæ, Plin. 37. 2. *Precious stones without centers or points, pieces of Crystal. Also having no center.*

Acco, cs, ui, ĕre; Cato. Mart. acidus sum: ab Acuo; sicut ὀξίζω, i. *acco*, & ὄξος *acetum*, ab ὀξύ, i. *acutum*, vel ab ἀκὴ *acies. To be sharp or sour, to be tart or eager.* V. Acuo. Heb. חמץ.

Acephalus, a, um. *Without head, tail, beginning.* Ex α & κεφαλὴ *caput.* Versus mutilus in principio. Acephali, hæretici sine autore.

Acer, ĕris; p. b. dict. quòd acria in ea artificum ingenia exerceantur, Pers. vel quòd durum sit lignum & aere: σφενδάμνος. Prisc. vult esse fœm. gen. ab acri sapore dict. *A tree the wood whereof is very gentle to work in: some have thought it to be the Maple-tree.*

Acer, Acris; p. l. ἄκμων, ab Acuo. Acria, quæ ori admota ipsum acuté afficiunt, i. mordent. ¶ Acer, m. Acris, f. Acre, n. & Hic & hæc Acris, & hoc Acre: compar. Acrior, superl. Acerrimus: ex Aceo: ἀξύς. Scal. in Theoph. *Acer*, est acutum, unde acerbum. Acerbum, inquit, nos communibus cum *Acido, Acuto, Acri*, vocis rationibus. Becm. ἀκρίσεια est *acrimonia*; sicut & *Acre* πᾶν ἄκρον respondet, & Heb. חרף, i. acris fuit, acutus est. *Eager, sharp, tart, sour, fell, biting the tongue, cruel, fell, swift, valiant, diligent, circumspect, strong, fore, fierce, earnest, vehement.* Cibi acres, Plin. *Sharp meat, biting.* Cædes acres, Ovid. *A cruel slaughter.* ¶ Acer equus, Virg. *A swift horse.* ¶ Acer in rebus agendis, Cæl. *Valiant.* ¶ Intentio acris, Plin. *Diligent marking.* ¶ Acre ingenium, *A quick sharp wit.* ¶ Hiems acris, Plaut. *A vehement and cold winter.* ¶ Canis naribus acer, Ovid. *A hound quick of sent.* ¶ Potor acer, Hor. *A great drinker.* ¶ Rubor acer, Sen. *A bright red.* Dicitur arbor *acer*; vir fortis, & improbus *acer*: Pro primo dat *eris*, sed pro reliquis tibi dat *eris*.

Acera, f. Gloss. *A sop of brown bread.*

Acera. *A kind of precious garment*, Hesych.

Acerabolus; m. Gloss. *A kind of tree.*

Acĕrata; Plin. *A kind of broad cockles.* Ceratæ cochleæ, aceris modo virgatæ. Quidam legunt *ceratio*, Plin. lib. 30. c. 6.

Acĕrātum, ti; n. p. b. Fest. ex Acus. Alii ab Acero, ἀκέω. *Mortar or clay mixt with hair or straw, wherewith walls be daubed.*

Acĕrātus, a, um; adj. ex Acus, aceris; p. b. Fest. ἀκρώδης. *Mixed with chaff, unclean, not well winnowed: brown, not ranged:* vide Paleatus. *Also foul.* Cœnum aceratum, Non. Gloss. Acerata, sordidus instar aceris.

Acerba, pro Acerbé, Lucr.

Acerbé, adv. Acerbiùs, Acerbissimè, p. b. τραχέως, πικρῶς. *Sourly, sharply, bitterly, sorrowfully, grievously, cruelly.*

Acerbĭtas, ātis; f. p. b. σφοδρότης, πικρία. *Sourness of taste, sharpness or grievousness of time, cruelty of man, heaviness, sorrow, pain, adversity, vexation, trouble.* ¶ Acerbitas pelagi, Veget. *Roughness of the Sea.* Sic, Neptuni corpus acerbum, Lucret.

Acerbiter; v. Acerbé.

Acerbĭtudo, Gell. idem quòd Acerbitas.

Acerbo, as; p. b. πικραίνω, παροξύνω. *To make sour or bitter, to molest, to exasperate, to make cruel or rigorous, to stir up to wrath.*

Acerbum, bi; n. subst. p. b. *That which is sour or bitter, &c.*

Acerbus, a, um; p. b. ex Acer; al. ab asperitate acerum: ut Acervus; acerum congeries. V. Acer. σφοδρὸς, πικρὸς, acri sapore prædirus, מר. *Sharp or sour, unripe, vehement, bitter, rough, hard, sorrowful, cruel, unpleasant, fallen, austere, grievous.* ¶ Horror ferræ acerbus, Lucr. *Screaking of the saw, unpleasant to hear.* ¶ Acerba virgo, ἀξύζηλος vel ἀξύζευκτος, Æschyl. μὴ ὠδῖνα γάμου. Metaph. ab immaturis uvis. B. Vole. *A maid not marriageable*, Var. ¶ Oleum acerbum, Jun. *Oyl pressed out of unripe olives, tart and sharp oyl.* ¶ Acerba mors, Cic. & Acerbum funus, *Rather untimely death, that the party is not yet fit or too young for, then bitter death*; at Acerba virgo: ἄωρος ἄνυμφος, Eurip.

Acernus, a, um; ab Acer, σφενδάμνινος. Virg. *Made of maple.* ¶ *Also sound and strong*, Gloss.

Acernus, i; n. ab Acer: ὄξυμος. *A bitter kind of pulse called Lupines.*

Acĕto, as; ex Acus, eris; ἀχυόω. *To mix with chaff.* Gloss.

Aceron. *Butchers broom, Knee-holm.*

Acĕrosus, a, um; adj. ab Acus, aceris; p. b. Fest. ἀχυώδης. *Full of chaff or straw.* Panis acerosus, Non. i. cibarius, secundarius, ἀνθρακῶν. *Brown bread, not ranged; chaff-bread, hungry bread.*

Acerra, æ; f. p. b. מחתה, ara quæ ante mortuum poni solebat, in qua odores incendebantur; qu. *arcerra*, quòd arceret cadaveris graveolentiam. Alii dicunt arculam esse thurariam, Fest. qu. *arcella*. Scal. Ab Ad & Carrus; id erit ad verbum *Epirrhedium*, spuriâ & hibridâ voce. *Arcerra* pro *Adcerra*, ut *Arvenire, Arcedere*, pro *Advenire, Accedere*; nisi sit eadem origo cum *Acerra*: λιβανωτρὶς, thuris receptaculum. Alii dict. vol. quòd *Acerna* sit, i. ex acere facta: Σωματήριον. *The place, chest or box, or a ship which was used in the Church, wherein frankincense or holy incense is put and kept*: λιβανωτρὶς. *Some name it an altar set before a dead corps, wherein incense was burned. Some call it a cup, wherein they did sacrifice wine.*

Acerrimè; adv. i. vehementissimè, Cic. V. Acriter.

Acersecŏmes, δυσκόμης, ab α priv. & κείρειν tondere, & κόμη coma, i. ab intonsa coma. *That hath his hair unent or unshaven*, Juv.

Acervalis, le; adj. p. b. Cic. 2. De Div. argumentationes, quas Græci *Soritas* vocant, *acervales* appellat. *Also pertaining to a heap.*

Acervatim, adv. p. b. σωρηδὸν. *By heaps or moughs: confusedly.*

Acervātio, ōnis; f. p. b. verb. Plin. σώρευσις. *An heaping up, a gathering together.*

Acervo, as; p. b. ex Acervus, vel à Gr. σωρεύω, idque ex Hebr. ערם, Aven. Plin. *To heap together, to heap up.*

Acervōsus, a, um. *Full of heaps.*

Acervŭlus. *A little heap.*

Acervus, vi; m. p. b. σωρὸς, cumulus, ערים חמר, עדר. Accipitur translatè pro rerum Affluentia; ut *Acervus bonorum*, ἀγαθῶν σωρός. (Alii *acervum* congeries. Cal. ab Aggerendo, quasi *Agervum*. Quidam ab ἀγείρω, unde est ἀγυρμὸς.) ἀθροισμὸς. *An heap or gathering together.* ¶ Idem quod *Sorites*: Peri. *Inventus, Chrysippe, tui finitor acervi.* ¶ *Cæcus acervus*, Ovid. i. chaos elementorum. ¶ Facinorum acervi, *Heaps of mischief.* Acervus *properly is a heap of small things, sharper towards the top.* ¶ *Acervum* est congeries rerum minutarum; sicut *Strues*, lignorum; *Strages*, cadaverum; *Sarcina*, utensilium.

Acesco, is, ĕre; p. b. ὀξύω, ὀξύζω, Hor. *To wax tart, sour, or sharp.* ¶ Acescens, part. *Waxing sour, tart or sharp.* Vinum acescens, *Vineger.*

Acĕsis, is; f. p. b. Plin. Gr. *An herb called Carnole: sometime Sage aquatique or water Sage. It is called* Lutea. Est item genus Chrysocollæ, Plin. 3. 35.

Acestĭdes, fornaces sunt ferreæ prægrandes, in quibus sit Cadmia.

Acĕta, i. offula.

Acetabula, æ; f. Varro: vide Acetabulum.

Acetabulares vulvæ eminentiæ, sunt tumores vasorum uteri. Stup. & Gal.

Acētābŭlum, li; n. p. b. Isid. q. *Acetaferum*, quòd acetum ferat; & Acetabula, læ; f. ab Aceto, ut ὀξύζαφον ab ὀξύς. Alii ab Accipiendo. Plin. Item mensuræ genus est, Cotylæ quartam partem continens, h. e. drachmas v. *Acetabula* in corporibus dict. pyxides, quibus coxendices infiguntur, & circa quæ vertunt ossa coxarum, κοτυλαδόνες. Herba item dict. τὸ quòd folia habeat concava in forma acetabuli. Alio nomine Umbilicus Veneris. Cyathus cum dimidio. *A measure containing two ounces and a half. Also a little vessel, as a sawcer or some dish, wherein vinegar or some sharp sawce was served to the table*, Jun. *Also the hollowness wherin the buckle-bone runneth, and every other thing like to it*, Plin. *Also a partition of hollowness in those fishes which are called soft, as in the* Polypus. Plin. *Also boxes or round goblets that juglers make their conveyance in*, Sen. *The herb Penywort, Penygrass, Venus navil, or Hipworth*, Jun. ¶ Acetabula, pl. n. *The clies or claws of a fish bending like hooks, as in a Crab*, Plin. Ovid. *flagella.* ¶ Acetabula matricis, πλακοῦντες, κοτυλίσκοι, κοτυλαδόνες, Jun. *Certain holes within the matrice, which are the ends of the veines and arteries, &c.* ¶ Acetabulum alterum, *Mountain Penywort.*

Acetafĕrum. Vide Acetabulum.

Acetarium, ii; n. ex Acetum: Græci ὀξύζαφον appellant, quasi *aceto tinctum*, παρὰ τὸ ὄξος καὶ βάπτω. ¶ Acetaria, orum, n. *Sallets or other like sawces of roots or herbs, mixed with vinegar, to stir up appetite. Also minced meat mixed with vineger, and eaten like sallets*, Plin. 19. 4.

Aceto,

Ace to, pro Agito, Feſt. Vett. erat C. pro G. ut, *Caius* ex Γάϊος. Item acidus ſum, ὀξίζω. Lexic. vet.

Acētōſa, æ; f. Offic. ὀξαλίς. *Sorrel, Soure dockes.* ¶ Acetoſa leporina, *Woodſorrel, Cuckowbread, Stubwort, Alleluja.*

Acetoſella, æ; f. Jun. *Pezzy ſorrel, or Sallet ſorrel.*

Acētōſitas; f. p. b. ὀξυμώτης. *Soureneſs, tartneſs.*

Acētōſus, a, um; p. b. ὄξεως. *Eager, ſour.*

Acētŭlum; dim. ab Acetum.

Acētum, ti; n. p. b. ex Acco, quia acet. Pro Mordacitate, & pro Acumine: ὄξος, γοῦν. *Vineger.* ¶ Aceto quempiam perfundere, Hor. *To taunt bitingly.* ¶ Acetum acerrimum ſeu adhærens, *Quickſilver.* ¶ Acetum muſſum, *The ſame that* Oxymeli. ¶ Acetum Philoſophorum, aqua Mercurialis, quam aliàs *lac Virgineum* appellant, quâ metalla ſolvi perhibent, Dorn. ¶ Aceta in pl. Varr.

Achaeton. Vide Achateon.

Achalanthis, & Achalantis, idis; *ἀηδών. A Nightingale,* Gloſſ.

Achana, Gr. & Achane, æ; f. Cæl. ἀχάνη. Calep. citat Gell. 8. 9. *A kind of Perſian meaſure containing forty five Medimnes. Alſo a kind of fiſh, ſuppoſed Thornback.* Vide Acharnas.

Acharis, ἄχαρις. *Without grace.*

Acharnas, Gell. *A kind of fiſh,* Athen. ¶ Acharne, idem.

Acharnus, idem quod Acharnas, Geſn.

Achateon. *The greateſt ſail of a ſhip.* Vide Acatium.

Achates, æ; m. p. b. ἀχάτης. Hunc primum repertum ferunt ad Achatem Siciliæ fluvium: unde & nomen Al. ab ἄχος, quòd mœrorem & curas abigat. Plin. *A precious ſtone, wherein are repreſented diverſ figures. Some have the images of the nine Muſes, ſome of Venus, &c. It is alſo the ſame that* Succinum. *Alſo a ring worn on the little finger.* Alex. ab Alex. Qui etiam Æſtivus Romanis dicitur, Idem.

Achātus; m. herba ſemper virens.

Achatus; f. Gloſſ. *A kind of ſhip.*

Achedŏta. Vide Acidoton. *An herb uſed in amorous potions: Alſo it cureth the rending of the ſkin growing about the nails: Moon-herb.*

Acheluda, æ; Geſn. *A fiſh called a Flounder.*

Achēmēnĭdon; Plin. *Called alſo* Hippophobas, *an hearb like to Amlet: The root whereof who ſo drinketh in wine, if he be guilty of any thing, will through torment confeſs all in the night.*

Achērois; Gr. p. b. Pauſan. populus alba, ſed Ariſtot. populus nigra: dict. quòd ad ripam Acherontis naſceabatur. Vide Cal. *A kind of white poplar, growing by the river Acheron.* Plin. Ariſtotle *uſeth it for black poplar.*

Achĕrons, ontis; m & Acheruns. *Hell.* Acherons ulmorum, Plaut. pro Servo in quo ulmi teruntur. *A Slave that ware out elmen cudgels with baſting of him.* Legitur & fœminino; *Nulla eſt Acheruns,* Plaut. in Captiv.

Bannire; edicto aliquid jubere aut vetare. *To outlaw or proſcribe.*

Bannita, æ; f. Gloſſ. *Complexion.*

Bannitus, a, um. *Baniſhed, outlawed, proſcribed.* Banniti dicebantur, qui carebant jure togæ, quibus aquâ & igne interdictum erat. *Excommunicated.*

Bannorium vel Bannerium. *A banner.*

Bannus ſive Bannum; exilii ſpecies, quæ Antiquis dicebatur *Proſcriptio*, ex Saxonico **bann**, quod ſignificat Edictum publicum, eó quòd banniti per ſonitum tubæ proſcribi ſolebant. Alc. *Bannum* duo ſignificat: edictum quâ die vaſſalli equis armíſque ad comitatum adeſſe debent: & ſanctionem, h. e. mulctam edicto non parentis, Capit. Carol. Neotericum & nuper inventum vocabulum eſt, inquit Old. ſed res antiquiſſima. Eſt autem bannum, quo omnia humanitatis jura viciſſitudinéſque officiorum & commercia interdicuntur rebellibus: vide Calv. Excommunicatio habet ſimilitudinem cum banno. *A manner of condemnation or baniſhment, that whoſoever findeth a man, may kill him: an outlawry, or any publick proclamation or proſcription.* ¶ Banna matrimonialia; proclamationes ſponſi & ſponſæ in Eccleſia fieri ſolitæ. Calv.

Bapheus, ei; Juſtin. Gr. ex βαφὴ tinctura. *A Dyer.*

Băphĭa, æ; f. & Băphĭa, orum; n. Lampr. τὰ βαφεῖα. *A Dy-houſe, a place where they dye.* Baphiorum procurator, *The Emperors Overſeer of the Dy-houſes,* Notit.

Băphĭce, es; f. Gr. *The ſcience of dying.*

Baphicus, a, um; βαφικὸς. *Belonging to dying,* tinctorius. Cal.

Baphium, ii; *Purple.* Unde Baphius, a, um; eſt purpureus.

Baptæ. *A certain Comedy ſo called, made by* Eupolis: *Alſo* Baptæ, *were Prieſts of* Ceres, *ſo called of a ceremony of waſhing, when they were firſt entred.* V. Sericobaptæ. Cal.

Baptes, Plin. 37. 10. Gr. *A ſoft ſtone, but of an excellent ſavour.*

Baptiſecula, dict. quia falces hebetat inter metendum; Cyanum florem vocant. Cæl.

Baptiſmus; m. & Baptiſmum, i. & Baptiſma, atis; n. Hebr. טבל. Gr. ex βαπτίζω, immergo. *Baptiſm, diving over the head, waſhing.*

Baptiſta, & Baptizator. *He that baptizeth.*

Baptiſtĕrium, rii; n. Plin. jun. Gr. *A Font, a bath, a veſſel to waſh the body in: a dying vatt, a place to waſh or ſwim in,* Sidon. *In a Bain or* Roman *hot-houſe, the* Baptiſteria *were in the priveteſt Cells, and were either hot or cold, in which they uſed to drench over head and ears.*

Baptizo, as; Gr. ex βάπτω mergo. *To dive over the head, to waſh, to water, to ſprinkle, to baptize.*

Barangi. *The key-bearers to the Emperor.* Cerd.

Barathro, ōnis; m. qui in Barathrum gulæ conſumit patrimonium. Jun. *A ſpender of his patrimony in belly-cheer, an unthrifty companion, a ſpend-all, a waſtgood. Alſo* Barathrus, i; Lucret.

Barathrum; n. βάραθρον vel βόρβορον, παρὰ τὸ βαίνω, quia δέχεται, quòd præ cavitate pervia non ſint. Cæl. Præcipuè denotat loca, in quibus demerguntur flumina. *Barathrum,* locus Athenis inſtar putei profundus, in quem deturbabant κακοῦργους. Mart. ex Heb. בור puteus, & אתר locus. *Barathrum*, Græci appellant locum præcipitem, unde emergi non poſſit: dictum ab eo quòd eſt βαθὺς. Feſt. Scal. leg. *βαρὺς.* Bec. βόρβορον, à βαρὺς balatro indè: priùs *barathro,* i. dignus barathro. *A gulf, a deep place, a dungeon in* Athens, *a place in hell, a waſting harlot, the boſſom of the ſtomach.* Barathrum macelli, Hor. *An exceeding glutton, a Greedy-gut, a great eater.*

Baratro, onis; m. Gloſſ. *He that ſinneth privily.*

Barba, æ; f. Quidam dictam volunt, quòd barbari intonſi eſſe ſolent. Becm. ex βαρὺς, per διαδιπλασιασμὸν, quòd gravitatem & autoritatem conciliet. Hartung. Iſid. quòd vir eam habeat dict. putat. Gloſſ. enim *Baro, Vir,* τύραννος. *A beard both of men and beaſts.* Barba Aaron, Jun. ἄγριον. Idem quod Arum. Barba Jovis, *ἀείζωον· The herb Sengreen or houſeleek the greater. Alſo a kind of tree,* Plin. Barba ſenis, or Barba petræ, *An herb having long leaves like hairs.* Barba capri, τραγοπώγων. *Medewort, Medeſweet, Goats-beard.* ¶ Sapientem paſcere barbam, Hor. *To let his hair grow, to the end he may ſeem grave or wiſe.* ¶ Qu. παρεῖαι πῶαι, i. genæ herbam: ſicut πώγων eſt qu. πᾶα γένεια. Mart.

Barbæ, arum; f. Plin. 9. 30. plur. num. V. Cirri.

Barbalexis; alienæ linguæ corruptio. V. Barbara lexis.

Barbamentum, ti; n. Gloſſ. *A beard.*

Barbanus, ni; m. Gloſſ. i. patruus, à Barba, Cathol. *An Uncle.*

Barbari. *A barbarous people.*

Barbara lexis: ex barbarus & λέξις dictio. Figura quâ dictionem barbaram Latinæ aut Græcæ admiſceemus orationi, Cal.

Barbărè, adv. βαρβαρικῶς, βαρβαρικῶς, *Barbarouſly, unmannerly, groſly, rudely, ſtrangely, without eloquence.* Barbarè *alſo ſignified, In any language but the* Greek. Plautus vortit barbarè, Plautus *tranſlated it out of* Greek *into* Latine.

Barbaræa, æ; f. S. Barbaraea *herb,* Naſturtium hybernum. *Winter-creſſes,* Gerard.

Barbărĭa, æ; f. Barbaries. *Barbariſm, rudeneſs, cruelty, inciviility, ruſticity, fierceneſs. Alſo a barbarous nation or people, any nation but* Greece. Quæ Barbaria Indiâ vaſtior? Cic. *What country,* &c. *Uſed alſo for* Italy. Heus! tu in Barbaria, i. Italia. Feſt.

Barbărĭcārius, ii; m. Donat. ποικίλτης, *Embroyderer.* *An Embroderer.* Barbaricarii, *be ſuch alſo as gild ſilver plate.* Vide Phrygiones.

Barbărĭcum, ci; Feſt. *A ſhout or cry in an army, ſuch as the* Barbarians *uſe: alſo the* Barbarians *land,* Am. Marcell. *Alſo a Magazine or ſtore-houſe, where the* Grecian *Emperor laid up ſuch ſpoils or preſents, as they got from the* Barbarians, Notit.

Barbărĭcus, a, um; adj. βάρβαρος. *Barbarous, rude, ignorant: pertaining to or coming from barbarous people: of a ſtrange country: alſo paved: precious.* Barbaricæ veſtes, i. Phrygiæ. Lucret. Sic Barbaria, pro Phrygia: Virg. Hor.

Barbăries, ei; f. βαρβαρότης. *Churliſhneſs, barbarouſneſs, lack of civility, rudeneſs of language, ruſticity: corrupt and defiled ſpeech.*

Barbarismus, βαρβαρισμὸς, πλεονασμὸς διάλεκτος. *A barbarous kind of ſpeech uſed only by thoſe that are unlettered, and rude in pronouncing of words.*

Barbarizo; barbaris faveo, barbaros imitor.

Barbaroſtomus. *He that ſpeaketh barbarous words.* Cath.

Barbărus, a, um; adj. eos deſignans qui difficultèr, aſperè & duritèr loquuntur. Dicebantur *barbari* apud antiq. omnes nationes exceptis Græcis: dicti ſunt *barbari* à βάρβαρ, abſonâ voce, in quam peregrini homines Athenas advenientes, cùm primùm Græcè loqui conarentur, identidem incidebant. Barbarus, βάρβαρος. Mart. ex Aven. ex בר *extra, foras*: indè per redupl. ברבר, *extraneus.* Lex. Raph. בר *terra deſerta.* J. Scal. Exer. 51. ſuas habet conjecturas, quem vide. *Barbarous, rude, ruſtical, ignorant, cruel, ſavage. One whom we underſtand not, nor he us.* Barbarus hîc ego ſum, quia non intelligor ulli, Ovid. *See* 1 Cor. 14. 11. *The* Grecians *moſt anciently and peculiarly meant the* Phrygians, *afterwards the* Perſians, *and laſtly the* Romans, *by this word.*

Barbatoria, æ; f. Gloſſ. πωγοτομεία. *The keeping or trimming of the beard: or the Barbers ſhop.*

Barbātulus, a, um; adj. ὑποπώγων. *Which hath not much beard, or which is bearded but a little; alſo he that hath his beard alwaies finely cut, and neatly trimmed.*

Barbātus, a, um; adj. ἐυπώγων. *Bearded.* Barbati apud Romanos joco proverbiali, dicti ſunt homines priſcis ac ſimplicibus moribus, ruſticanæque veritatis, quòd illic ſerò receptum ſit radere barbam. ¶ Barbatus ficulus, Var.

A small water veſſel or bucket. Gloſſ. Barbatus, μάγ@, τὸ σπλ@. *Alſo a kind of fiſh.* Gell.

Barbeſco, is; Gloſſ. *To begin to have a beard, to bud forth.*

Barbicularius. *A kind of fiſh.*

Barbĭger, ĕri; m. Lucr. πωγωνοφόρ@. *That hath or weareth a beard.*

Barbilla. *A little beard.*

Barbilus, Gr. Perſica arbor: item fructus corni.

Barbiſta. *A player on the Lute.*

Barbitiſta, æ; m. Gloſſ. qui barbito ludit vel cantat, Cath.

Barbĭtium, ii; n. Apul. *A beard.*

Barbitondium, ii; Gloſſ. *A barbing or dreſſing the place where it is cut.*

Barbitonſor, oris; m. *A Barber.*

Barbitos, vel Barbitus; f. & quandoque m. & Barbitum, ti; n. Hor. βάρβιτ@. Etymol. tradit vocari Æolibus βάρμιγγ, qu. βαρύμιγγ, quia βαρείαν τὴν φωνὴν ἡ φόρμιγξ ἀφίησι, quòd ſonum gravem emittat per μίτους, i. nervos, ſtamina. Cath. ex Barris, quia ex eorum oſſibus facta. *An inſtrument of muſick, a Harp, a Lute, a Dulcimer, the broader part of the Harp.*

Barbĭtus. *Having a beard.*

Barbo, onis; & Barbus, bi; Auſon. γέλγλα, γλαῦκ@. *A fiſh called a Barbel or Mullet.* Barbatus mullus, Cic.

Barbotina, Offic. *The ſeed of* Abſinthium Ponticum, *Wormſeed.*

Barbŭla, æ; f. dim. πωγωνίσκ@. *A little beard: alſo a beard finely cut and kept.*

Barbulus, i; m. *A kind of fiſh, a little barbel.* Geſn.

Barbutus, a, um; *That hath a great beard.*

Barca, æ; f. Iſid. *A ſhip or bark that brought the lading from the greater ſhip to land:* βάρις, βάρι@.

Barcarius. *A ſhip-wright.*

Barcella. *The ſame that* Barcula.

Barcellarius, ii; m. Gloſſ. *A ſhipman or Barge-man.*

Barchus, chi; m. Floſſ. *A fool.*

Barcula, æ; f. Gloſſ. *A little ſhip or boat.*

Barculus, li; Gloſſ. *A thread.*

Bardaici cuculli, Jul. Capitol. *Cowled or hooded cloaks.* Bardaicus calceus, Juv. *A ſhoe. Both ſo named of the* Bardæi, *a people of* Illyricum: *or* Bardi *rather of* France.

Bardana, æ; f. Jun. σφυδνὸν, ἄρκιον. *The great Bur.*

Bardariota, æ; βαϑδοῦχ@. *Souldiers of the Guard.* V. Meurſ.

Bardatus, ti; m. & Bardata, æ; f. V. Barbatus.

Bardes, is; m. Gloſſ. *A ſlave.*

Bardi, orum; Cæſ. *Philoſophers, Poets, and chief learned men among the old* Britains *and* Gauls: Bards. ¶ Vel à *bardo* ſive *wardo*, vett. Teutonum voce, quod eſt *Video* vel *obſervo*, ut Vandermyl. vel à **waerde** ſive **woort**, quod & *verbum* & *carmen* ſign. ut Mart. Erant en. **iwoorsii** Celtarum, i. Poetæ, ut Druidæ ſacerdotes. Voſſ.

Bardiacus, ci; m. ad bardos pertinens, à gente Bardorum dict. *A kind of garment without a hood.* Coop. vide Bardus.

Barditus, i; Tac. *The old Bards ſong.* Carmina, quorum relatu, quem Barditum vocant, accendunt animos pugnæ, &c.

Bardŏcucullus, i. *A ſhort* French *cloak with a hood to it to travel in.* Gallia Santonico veſtit te Bardocucullo, Cercopithecorum pemula nuper erat. Martial. 14. 128. ¶ A Bard, *an old* French *word for A Way.* Βάρδις, οἱ ὁδοὶ Ταλάντῳ, Heſych. ſed hic Turn. legit οἶδι, i. *cantores*, poetæ. Saxonibus **bard** eſt *iter*, à **faren** proficiſci. Affine eſt noſtrum, *Wayfare, warfare, Fare*, Cucullus à Bardis Galliæ uſitat.

Bardonta, æ; qui palmas dat, Gloſſ.

Barducium, ii; n. *A Spear or Dart.* Mart.

Bardus, a, um; adj. βλαξ, ἀλίθι@. qu. βεβδὸς *bebes*, per mettatheſ. ut in ſuperl. βέλτι@. *Blunt, blockiſh, dull-witted, fooliſh.*

Barga. *A Barge.*

Bargina; pergamena, Gloſſ.

Barginus, a, um; & Hic & hæc Barginis, & hoc Bargine; i. alienus, peregrinus. Ex Barbarus, & Gens vel genitus. Item *Barganes* dicuntur fortes, à Barro & Ago. Gloſſ.

Barĭa. *A Greek Accent or point of diſtinction:* ex βαρὺς, Gloſſ.

Baridus, a, um; à Bardis dict. *Fat.* V. Barridus.

Barigenus, a, um; Gloſſ. *A ſtranger.* C.

Barinus, a, um; Gloſſ. *Heavy, weighty: alſo a man:* ex βαρὺς.

Barinus, Gr. *A kind of fiſh,* Ariſt. Hiſt. animal. l. 4.

Baris, idos; f. vox Ægyptia. *A boat in* Egypt *wherein they carried dead bodies to burying. Hence our* Engliſh *word,* **Barr.** Baridos & contis roſtra Liburna ſequi. Propert. 3. 9. πλοῖον, ἢ τεῦχ@, ἢ σῶμ, ἢ πῦρ@, Heſych. Mart. à φέρειν ducit.

Bariſa, æ; f. Gloſſ. *A kind of pot.*

Bariſcelli, & Baricelli, ſunt ſingulares judices ſine certo tribunali judicantes: Zaſius.

Bariſſus, a, um; Gloſſ. V. Barridus.

Barithos. *A Gem full of red ſtreaks.* Cath. Bariptes.

Barnacida. *A garment that children wear.* Coop.

Baro, ōnis; *Varones* linguâ Gallicâ dicuntur ſervi militum, nequam ac diſſoluti homines, vel ſtulti. *Alſo* Barones, quaſi robur belli, à βαρὺς, i. *fortis* inquit Iſid. vel ex Bardus: vel ex Bario Apuliæ oppido. Calv. *Baro* priſcis Latinis pro Bardo & ſtupido: τὸ βάρ@ *pondus, gravitas.* Aliàs *Barones* ſunt, qui inter nobiles opibus ac potentiâ antecellunt. *Baro* item pro Mare & Viro. Baro, ἀπὸ τῦ βαρεῖν· βάρημα *gravitatem* ſonat. Nos Barones ſtupemus: tu videlicet tecum ipſe rides, Cic. ironicè. *Baros*, inquit Eraſ. nonnumquam *faſtum* ſignif. & Latine *graves viros* dicimus eximios magnæque autoritatis, unde ſuſpicor & vulgò nunc dici *Barones*, qui generis ac virtutum autoritate cæteris præeminent. Spieg. Gloſſ. *Baro, ὁνὴρ.* Gloſſ. Arabico-lat. *Baron*, Gr. *fortis in laboribus.* Alii à corporis gravitate & mole, ut ſunt Barri, i. Elephantes. Cath. *Baro, νὴν*, à Barus, vel Barrus, quia ſicut elephas cætera animalia magnitudine ſuperat, ita Baro alios præcellit homines. *Barones* vel *Barrones* aliis, qu. à gente & familia Varronum oriundi. *A blockhead, dolt, fool,* &c. *Some take it for a Lord baron: valiant or wiſe: mercenary ſouldiers.* Hirt. & Iſid. V. Mart.

Baron, Gr. *The herb* Savin, dict. à gravi odore.

Baronagium: idem quod Baronia.

Baronettiſſa, & Baroniſſa. *The wife of a Baronet.*

Baronia, æ; pars regni jure feudi conceſſa, Calv. *The fee of a Baron.*

Baronulus, vel Barunculus, vel Baronettus. *A Knight Baronet.*

Baroptenus, vel Baroptis, Plin. l. 35. c. 10. Gemma nigri coloris, ſanguineis & albis nodis diſtincta.

Baroſus, σωλαξὸς, βλιτλοτ, Gloſſ. à Baro: qui ſe Baronem habet, nec eſt, vel abutitur dignitate ſuâ. *A fool, proud, factious, that taketh upon him to be that he is not.* V. Mart.

Barridus, a, um; id quod Barrus, à barrus: ſuperbus, Cath. *Proud.*

Barrinus, a, um. *Of or like an Elephant.* Sidon. Aures immanitate barrinas.

Barrio, is, īvi; Feſt. *Barrire* Elephanti dicuntur, ſicut Oves dicimus *balare*, utique à ſono ipſo vocis: βρυχᾶσθαι ὡς ἐλέφας. *To bray or cry like an Elephant.*

Barriptus, ti; m, Gloſſ. idem quod Baroptenus.

Barrītus, us; m. verb. ἐλεφάντ@ βρυχημὸς. *The braying or crying of an Elephant: alſo a ſhout of the* Roman *ſouldiers when the Armies joyned.* Veget. 3. 18. & Am. Marc.

Barrus, a, um; Gloſſ. *Strong like an Elephant.*

Barrus, ri; m. Hor. à barriendo. Aliis vox Salonica, ex ברור, Chald. Sabinâ, vel Indicâ; quâ voce in Targo exponitur, *Jobi* 40. Hebr. בהמות: vel Heb. בעיר brutum. *An Elephant: alſo a tooth of an Elephant.* Hinc Ebur, qu. *Ebar*, i. à vel è *barro.* Serv. Æn. 1. Bar, vox Indica pro Elephante.

Barunculus, li; m. Gloſſ. *Somewhat ſtronger: a little ſtrong man.*

Barus, a, um; Gloſſ. *Barus, burrus* πυῤῥὸς. *Ruddy.*

Baryæ, Vitru. l. 3. c. 2. ex βαρὺς *gravis*: ædes, latæ quidem, ſed ob raritatem columnarum humiles, ut pondus ſuperimpoſitum facilius ſuſtineant columnæ. *A kind of building of houſes.*

Baryccphalæ; Idem ibidem: ex βαρὺς & κεφαλὴ *caput*, ædes ſic dictæ, quòd pro columnarum paucitate ſatis grave onus ſuſtineant. Voſſ. V. Mart.

Baſacum, ci; Gloſſ. pro Barathrum.

Baſaltes; à *baſal*, quod Æthiopicè *ferrum* ſign. Mart. ferrei enim eſt coloris atque duritiæ, unde ei & nomen, Plin. 36. 7. *A kind of Marble.*

Baſanites, tis; m. lapis è mortariorum genere, Plin. 36. 20, & 22. dict. ἀπὸ τῦ βασανίζειν, i. ab explorando. *A whetſtone or touchſtone.* V. Baſanus.

Baſanus; lapis quo aurum probatur. V. Plin. 33. 8. Ponitur & pro quavis probatione, & pro quæſtione quæ fit per tormenta; ex βασάνω, βασανίζω, i. diligenter examino. Mart.

Baſcalda, æ; f. Gloſſ. Vas ad calefaciendam aquam. *A baſin of braſs.*

Baſcania, *Little trifles* (ridicularia quædam, Cæl.) *that Smiths were wont to have hanged before their ſhop-windows, to exclude envy.* Baſcarus autem, qui oculorum acie καπρεῖ, i. *perſpicat*, corrumpitque

rumpitque visa. Idem.

Baſcaudus. *A Country-man.*

Baſcauda; vocabulum antiquum Britannicum, dict. qu. *Vaſcauda*, i. vas cum cauſa, quòd fuit longum, adeo ut pone, i. ſuper dorſum gereretur. Juv. Sat. 13. Martial. 14. *An ancient veſſel which the* Romans *had from the ancient* Britains: *a Basket.*

Baſiatio, ōnis; f. verb. ex Baſio, Mart. φίλημα. *A kiſſing or buſſing one.*

Baſiator, ōris; m. Mart. φιλητὴς. *One that kiſſeth, a kiſſer.*

Baſiatus, a, um. *Kiſſed.*

Baſilare os; quod toti calvariæ ſubſternitur, quod & os palati.

Baſilea, Baſiliſſa, Baſilla, βασίλισσα. *A Queen.*

Baſileus, ei; m. Gr. ex βάσις *baſis*, & λαὸς *populus*, i. ſuſtentans populum. *A King.*

Baſilica, βασιλικὴ, ſcil τῦ βασιλικοῦ. Dict. quòd omnia quæ grandia ſint, excellentiáque βασιλικὰ appellentur, etiam apud Latinos; hinc *Baſilica vitis* & *nux* apud Plin. Voſſ. In baſilicis Romæ celebrata ſunt judicia, centumviralia præſertim. *A ſtately houſe, a Kings houſe, a Princes Palace or Court: a Hall in a City or Town: a place where people aſſemble for Exits in Law, or where Councels be holden: a Royal Exchange for ſelling of Wares,* Lamprid. *A large place, where ſuiters attend upon Rulers: a Cathedral Church, or Church where ſome Martyr hath been interred; ſo called either for that* Conſtantine *firſt built them; or for that they were of the ſame form with the* Baſilicæ *or Courts of Juſtice of the Heathen. Alſo one of thoſe notable great Veins, into which* Axillaris vena, *being carried to the ſhoulder under the firſt Muſcle, bowing the Cubit, is divided: the Liver-vein.* ¶ *Alſo the herb* Gentian, *Felwort or Bitterwort. Alſo Baſil*, quæ leviter tacta ſuavem reddit odorem, contrita ſcorpiones procreat. V. Mart.

Baſilicanus, a, um. V. Palatinus.

Baſilicè adv. Plaut. βασιλικῶς. *Royally, magnificently, princely. It is alſo taken for* ſunditùs, prorsùs, *utterly.* Interii baſilicè, *I am utterly or quite undone.* Id.

Baſiliciarius; Gloſſ. μαλακὸς, ἀγρεμὼν. Alii leg. Baſilicanus, & Baſilicarius. V. M. Palatinus eccleſiaſticus. Cath.

Baſilicum. *A Kings robe: the herb Baſil: alſo a kind of Vines: alſo the greater Walnut, called alſo* Perſicum. Plin. 15. 22. Baſilicon *is alſo a Plaiſter ſet down by* Celſus, 5. 19. Baſilica, orum; libri quibus continentur leges βασιλικὰ, i. Imperatorum.

Baſilicus, a, um; adj. Plaut. βασιλικὸς. *Princely, royal, magnificent, great. Alſo a chance at Dice,* Plaut. Curc. 2. 3. 80. Baſilicæ viæ, qu. regiæ, conſulares, prætoriæ. Mart. Baſilica *was alſo a dining-room.* Serv. Æn. 1. *A large walking Gallery in the* Forum, Plaut. in Curc. 4. 1. v. 11.

Baſilinda, æ; f. Ludi genus, quo rex ſorte creatus, miniſtro ſorte creato aliquid imperat laborioſum, Pollux, 9. 7. Non abſimile quod inter chriſtianos obtinet feriis, ut vocant, regalibus, nempe circa Epiphania. *The Play called One-penny, One-penny come after me: Queſtions and commands.*

Baſiliſcus, ci; m. Gr. dict. quòd rex ſit inter ſerpentes; reliquos enim ſerpentes ſibilo fugat, ut ſolus regnare videatur, Candidam habet in capite maculam, inſtar diadematis, Plin. 8. 21. Lat. Regulus; homines, aves, & pecudes olfactu & viſu necat, à muſtela tantùm vincitur. *A kind of Serpent called a Baſilisk, a Cockatrice.* Baſiliſcus minor, Paracelſ. *The ſame that* Stellio, ſic dic. & avis quædam, & ſtella in corde Leonis.

Baſillare. V. Cunealeos.

Baſinilis, βάσανος. *A touching or tryal.*

Baſio, as; ex Baſium: φιλέω. *To kiſs.*

Baſis; v. Lex. Græc. βάσις, à βαίνω, βῆμι, vel βάω eo. Item clauſula rhythmi, & rhythmus ipſe. Aliquando Figuræ nomen apud Rhetores, cùm in narrationibus omnia pedetentim inſinuandi gratiâ proferuntur: ab Hermog. dicitur pars exordii, quæ colligit ejus propoſitionem cum redditione. Proprié eſt *greſſus*. Denique eſt Pes quo gradimur, Poll. indè per metaph. eſt Pes columnæ, ſtatuæ ſeu fabricæ, quæ à fundamento conſurgit. Baſes vaſorum ſunt ea, quæ illorum collocandorum cauſâ facta ſunt. Aliq. ſign. & ipſam ſpiram quæ ſcapo ſupponitur. V. Vitr. 4. 1. & 10, 13. Mart. Baſis cordis, quam alii *Caput viſceris* appell. eſt vertex cordis figurâ turbinatâ. *The foot or baſe of a pillar that ſuſtaineth any thing: the ground or foundation of a matter: the whole pillar: one of the nether Tables in the Brain-pan:* Si baſis aliqua ſervata eſt, Celſ. Item extremitas plantæ. *A plate or trencher laid under pots or diſhes of meat, for vaying of the table. In the deſcription of bones, it is a certain corner, after the order of a firmament or ground; beyond which, according to the natural uſe of the member, the bone may not be ſuffered to move.* ¶ Baſis ſcapi, Vitruv. *Not the foot of the pillar, but the* conflexus, *bowt or compaſs of it. Sometimes alſo the ſpire, ſquare, or round betwixt the true* baſis *and the pillar.* Baſi opponitur Antibaſis.

Baſiſiciarius, Gloſſ. *Effeminate: alſo a Market-man.*

Baſium; n. dict. à ſono vocis: Catull. φίλημα. *A kiſs or buſs. Oſculum* eſt ſalutantium vel officiorum; *Baſium*, pudicorum, ut parentis in filium; *Suavium*, eſt voluptatis. ¶ Baſium, quia baſis eſt amoris. Jul. Scal.

Baſſa; vide baſſaris.

Baſſandes; Gloſſ. baccæ uberes.

Baſſaris, ĭdis; f. Perſ. βάσσαρις, h. e. Bacchi ſacrificula, dict. autem Bacchus *Baſſareus*, à Baſſa Lydiæ oppido, ubi præcipuè colebatur; vel ἀπὸ τῦ βάζω quod eſt *clamo*, quòd ejus ſacra maximis clamoribus à Bacchis celebrarentur; vel à genere veſtis vel pellis lynci detractæ, quam *baſſaram* dici tradit Euſeb. Erat autem tunica talaris, ſic vocata quòd eſſet è pelle vulpium, quæ Thracibus *baſſaros* vel *baſſaris* diceretur, Voſſ. ex Schol. Perſ. *A garment of* Bacchus *Prieſts; a woman Prieſt of* Bacchus: *alſo a milk-cow, or ſheep that is fat.* Gloſſ.

Baſſatum, ti; n. *A chawn or chop in the earth.* Iſid. Mart. leg. Foſſatum.

Baſſo, as; deprimere.

Baſſus, a, um; vox Muſica, imus ſonus; à Baſi, quæ eſt imum rei, cui inſiſtit; aut à βάσσων *profundior*, à βαθὺς, quòd ſit fundamentum cantûs. *Alſo of a low ſtature or growth; groſs, fat.*

Baſtaga; βαστάγη, βαστάγιον, Heſych. ferculum portandis rebus fiſcalibus accommodatum, Calv. *Carriage.* Procurator Baſtagarum, *Maſter of the Carriages,* Nouit. Baſtaga, *is both* onus, *what is carryed; and* ferculum, *that on which it is carryed, but yet only for the Princes goods or ſervice.*

Baſtagia, æ; vel Baſtaga, f. ex βαστάζω. Alciat. munus erat ſerendi res neceſſarias ad exercitum. *A victualling the camp;* inde Baſtagiarii, qui illud munus exercebant. *Victuallers for the camp.*

Baſtagiarius, βαστακιάριος, βαστακάριος, vel βαστακίδρης, bajulus, ἀχθοφόρος à Baſtaga. *A porter, &c.*

Baſtagium, βαστάγιον Erat theca, in qua recondita arma ſua milites portabant.

Baſterna, βαστήριον, βάστερνα, ex βαστάζω. Iſid. *Baſterna* vehiculum itineris, qu. viæ ſterna, mollibus ſtramentis eſt poſita, à duobus animalibus deportatur. Donat. dict. vult à Baſtarnis, populis Sarmatiæ. Alii ex βαστὴν, βαστάσιον, Barb. Græcis pro βαστάζειν. *A cloſe Litter carryed by mens hands, or by Beaſts:* Amm. Marc. Gloſſ. Iſid. *Baſterna, tecta* (leg. *lectica*) *manualis*: vel *mannalis*, ut leg. Salm. mannis en. vel burdonibus, i. mulis trahebantur, & non ſervis. *Tecta* autem abſolutè poſita, pro *Lectica tecta*, Salmaſ. *A Sedan. Saint* Hierom *alſo uſes it for the windows before a* Pergola *or Balcone, before a great houſe.* Caveam baſternarum, i. tranſennarum.

Baſternarius, Symmach. *He that guideth or helpeth to carry the* Baſterna.

Bat; vox eſt quâ uti ſolemus, cùm quempiam corripimus, jubemuſque eum tacere, Cal. vox fictitia, à ſono. *A word of reproach: as* Tuſh, Tut: *ſometime, Peace, Huſh.* Plaut. Pſeud. 1. 3. 6. Bat, ſonus eſt cornicinis, lituum ex ore eximentis, Charif.

Batalare. *To handle his arms.*

Batalaria; f. Gloſſ. *A kinde of Purple.*

Batalarius, ii; m. Lud. Viv. Dial. 13. *Batalarius* Gallico nomine dicitur is miles, qui jam ſemel prælio, quod illi *Batalam* vocant, interfuit. Ita in palæſtra literaria *Batalarius* cœpit nuncupari Lutetiæ, qui publicè de arte quapiam diſputaſſet. Idem quod Bacalaurius.

Bataris, Gloſſ. *The name of a Serpent.*

Batera; vide Patera.

Batha, mola olearia. Cathol.

Bathea Ponti, Gr. *Bottomleſs places in the Sea of* Pontus, *that could never be ſounded,* Plin. 2. 102.

Bathin, Cath. *Linnen garments or breeches.*

Bathnides, ſunt brachii concavitates, in quas extendentibus totam manum & flectentibus, cubiti ipſius coronæ ingrediuntur.

Bathus, a, um; βαθὺς. *Profound, deep, ancient,* Gloſſ.

Bathynon. Gr. *Profound.*

Baticla, æ; f. Gloſſ. *A kind of pot*; pro Batiola.

Baticula, æ; f. Offic. κεφάλαιον. *Sampire, or Sea-Fennel.* Ex Batis.

Batii; Gloſſ. *A Legion of ſouldiers.*

Batillum, n. & Batillus, li; m. Plin. *Batillum*, qu. *patulum* primò vocatum; deinde per dimin. *batillum*, Perott. πυ-

ξυον. *A fire-Pan or Shovel, or Pad-staff: it is also a kind of Hook, to reap Corn: also an Iron instrument wherewith countreymen make Furrows and Ditches.* Batillus cubicularius, Jun. *A Bed-Pan or Warming-Pan.* Batillus mensarius, Suffervefactorium Budæo. *A Chasing-dish. It is a measure also of* Coctilia, *or Charcoal,* Treb. Poll. Batilli *also were Ornaments (or Spangles) that Souldiers had on their Scabbards.* Vaginæ batillis crepitant, Plin. *Any Pan wherein hot coals are carryed, as that wherein the irons were heated to brand malefactors.* Prunæque batillum, Hor.

Batino, is, ire; Gloss. *To strike.* Vide Batuo.

Batinum, ni; n. *A black or Dew-berry.* V. Batos.

Batĭŏcus, ci, m. Batioca, Batiaca, & Batiola, æ; f. Plaut. τὸ βάτιον. *A Pot out of which Wine is poured at the Table: a Tankard or Livery Pot.* Batiola *was a drinking pot or cup,* ποτήριον, *but of the better sort:* Batiola aurea, Plaut. *which he otherwhere distinguisheth from an earthen pot.* Divites Batiolis bibant; nos nostro Samio poterio, Stich. 5. 4. 12. *Also a Boat.* Ex בד, mensuræ genus apud Hebr.

Bătis, is; f. Plin. 26. 8. κράμβη, κράμβιον. *The herb Samphire, which is used in Sallads: also a little Bird much like a Bunting.* Arist. hist. an. 8. 3.

Bătis, vel Bătis, idis; Plin. 32. 11. βατὶς ἀπὸ βάτου. *A soft and most delicate fish, which is called a Ray or Skeat.*

Batium. *A kind of linnen Breeches used by Priests.* Ifid. Bathin.

Batos; Ruell. Gr. *A Bramble, a Blackberry Tree.*

Bătrăchites, Gr. *or* Batrachitæ; ex βάτραχος rana. *A Stone in colour and shape much like a green Frog: some Iverine, and others of a blackish Red,* Plin. 37. 10.

Bătrăchium, ii; n. Paulan. Gr. *A kind of Colour, wherewith they were wont, before Vizards were invented, to paint and disguise their faces. Also the herb* Ranunculus, *whereof there be four kinds; the one called* Pes corvi *Crowsfoot, and beareth yellow flowers; the second,* Apium risûs; *the third wild Parsley; the fourth Sanicle,* Plin. 25. 13. Est & Batrachium Chimistis Chrysocollæ quoddam genus, ex divino, quem vocant, latice computrescente proveniens, cui tanta ineſt veneni vis, ut vel solo halitu interficiat, Cæl.

Bătrăchius, ii; m. Alexand. Gr. *The Stone which is found in the Toads head.*

Batrachomyomachia, æ; f. ex βάτραχος rana, μῦς mus, & μάχη pugna: Hom. *The battel between the frogs and the mice.*

Batrachos, rana; Hippocr. βάτραχος, παρὰ τὸ βολὰ τραχείαν ἔχειν, ἐὸ quòd habent asperam vocem. *A frog.* Inde

Bătrăchus, chi; m. Gr. *Of* Avicenna *it is called* Ranula; *of Physicians, a swelling growing under the tongue with an inflamation. Also a Sea-fish, called the Seadevil,* Plin.

Batracites, is; Gloss. Vide Batrachites.

Batritæ; pl. f. Gloss. *Kine or Oxen.*

Batta, æ; f. Gloss. vide Bates.

Battologia, æ; f. ὀρχολογία ἢ ἀκαιρολογία, Hesych. ex Batto, Poeta inepto, & λόγος *sermo:* vel potiùs ex *ba* & *bat* puerorum, unde *batinbata* Nævii tertiam accepit syllabam. *Often repeating of one thing, vain babling.*

Batum, ti; n. *A kind of colour.*

Batuo, is; ex βαίω, quod Delphorum linguâ est πατῶ *calco.* Cùm Venerem exercere potat, est ex βατίζειν, quod Syracusanè de maribus feminas insilientibus dicitur; vel ex Hebr. בוא, quæ licet propriè *ire,* sign. interdum tamen & συνοικεῖν notat, ut *inire & coire* apud Lat. δλοδω. *To beat, to fight, to strike, to batter.* Batuere rudibus, *To play or fight at Wasters,* Suet. *Hence those that so fought, were called* Batuatores; *and the lists within which they fought,* Batulia, Scal. Batuo *hath also an obscene signification,* Cic. Batuens, part. Batuor, pass. Quibus batuatur tibi os, Plaut. *To knock you about the pate with.*

Batur, uris; n. Gloss. *A kind of herb.*

Battere. *To beat.*

Batus, ti; m. Bud. ex Heb. בת. *A measure of liquid things containing seventy two sextaries, a Bat.* Batus *is also a kind of fish, the gall whereof is good for the ears,* Plin. *Also a bramble.* Batus est genus herbæ, Fest.

Bavar, aris; n. Gloss. Vide Bacear.

Baubatus, ûs; m. Perot. Vide Latratus.

Baubor, aris; depon. Lucr. βαύζω. *To baugh or bark like a Dog.* Leg. & Baubo. Vox a sono facta, βαῦ, βαῦ, vel αὖ, αὖ, ut apud Aristoph. Hinc, *Plautus cum latranti nomine,* Prolog. Casinæ.

Baucalis vel Baucale, & Baucacis, Alciat. poculi genus augusti oris, sic dict. ὅτι ἐν τῷ πλατεῖ αὐτοῦ τὸ ὑγρὸν πάντοθεν κλύεται (Alex. Aphrod. 1. probl. 94.) & veluti βαύζει ac baubatur. Pontificale Rom. *Et bacile cum Baucali pro manibus abluendis, quas singuli ad suas mappulas exterguunt.* Gr. etiam usurp. βαυκαλία, Achmes 108. cap. βαυκάλιον Aphrod. & βαυκαλὶς Nicearch. in Anthol. Ital. *boccale,* patera. *Baucale,* contr. *bauca.* Bacile est *pelvis. A basin, a vessel of water to wash or rinse cups, or to cool them in.* Indè

Baucalium, ii; n. Aphr. βαυκάλιον vel καυκάλιον, σταφύλιον τοῦ χοῦ· al. Bocalium, Jun. *A kind of drinking vessel with a narrow mouth.*

Baulare. *To baul.*

Bavio, is; Gloss. *To boast.*

Bauli. Vide Boalia.

Bavor, Gloss. *A kind of bird.*

Baurach, Arab. Vide Nitrum.

Baxa, & Baxea, æ; & Baxeæ, arum; Plaut. crepidæ, ἀπὸ τῆς βάξεως, à βάσσω eo; vel βάσις *gressus, pes.* Fr. Jun. in Tert. de pall. *Baxeæ,* crepidæ, ἀπὸ τῆς βάξεως· βάξις est *oratio, rumor,* à βάζω *vociferor,* sonabant enim sive crepabant inter eundum. Hesych. βαυκίδες sunt species muliebris calceii: κρηπίδες ἔκ τινων ἐν φιλόσοφοις. *A kind of shoes used by the* Cynick *Philosophers. They were made of the barks of Palm trees: as the* Egyptian *Priests ware theirs of Paperflags.* Pedésque palmeis baxeis indutum, Apul. *yet not of the whole wood, (as* Junius *supposes) for* Apuleius *intimates they were sewed:* Baxeas de suterna præstinare. ¶ A πάξ, quod Hesych. σανίδωμα ξυλίδριον. Isid. habet *braxeæ,* à βραχέα, τὰ ὑπόδεσα. Hesych.

Baxes, Gloss. idem quod Bucella.

B *ante* D

In notis antiquorum B. D. *bonum datum.* B F. *benefecit,* vel *beneficium.* B. F. *bonum factum,* vel *bona fides,* vel *fortuna,* vel *filia.* B. F. C. *bonâ fide contractum.* B. F. P. *bonæ fidei possessor.*

Bdellium, ex Heb. בדלח, Gr. βδέλλιον, Plin. 12. 9. *A black tree in* Arabia *of the bigness of an Olive tree: also the gum of the same tree, like to Wax, sweet of savour, and in taſt bitter.*

B *ante* E

B. F R. in notis antiquorum *bona fortuna.* B. G R. *bona gratia.* B. H. *bonus homo,* vel *bona hæreditas.*

Beatè, adv. ex Beatus: μακαρίως, εὐδαιμόνως. *Blessedly, happily, prosperously.*

Beatificus, a, um; ex Beatus & Facio: Apul. ὀλοεργὸς, ὀλοεδὴς. *Making happy.*

Beatifico, as; μακαρίζω. *To make blessed.*

Beatĭtūdo, ĭnis; & Beatitas, atis; f. ex Beatus: μακαριότης. *Blessedneſs, happineſs, felicity, prosperity: an heap of good things: of is self sufficient and perfect.*

Bĕātŭlus, a, um; dimin. à Beatus: Pers. πλούσιος, ἀνυχίστατος. *Somewhat happy, fortunate and lucky.*

Beatus, a, um; ior, issimus; comp. & superl. cui bene eſt, fœlix, fortunatus, J. C. Scalig. L. L. Cap. 150. *Beatus,* divitem notat, qui multa benè & benignè poteſt agere: passivum eſt partic. quem bonis, ut appellant Græci εὖ, fortuna voluit beari. Becm. *beatus,* qu. *benè autus,* ab habendo quod velit, & nihil patiendo quod nolit. Ille autem verè beatus eſt, qui & habet omnia quæ vult bona, & nihil vult mali, Ifid. Var. qui multa bona poſſidet. Bec. μακάριος, εὐδαίμων. *Blessed, happy, fortunate, flouriſhing, holy, prosperous, rich and fertil, perfit or excellent in the kind.*

Bebra, æ; f. Veg. 1. 20. *A kind of dart used in battel by the* Barbarians.

Becabunga, æ; f. Jun. κιττάρια, ἀνδράλιδες, ὑνδέρες. *Sea-Purſlan, or Brook-Lime.* Vide Dod.

Bēchĭca, βηχικὰ φάρμακα. *A Medicine againſt the Cough.* Gal.

Bēchion, ii; n. Plin. Lat. Tussilago, βήχιον, παρὰ τὸ τῶν βηχῶν διαχυτικὸν, à tusse sananda. *Foletoot, or Ale-hoof, or Horſ-hoof.*

Bedegarim Punicum, Offic. idem quod Bedegnar. Dod.

Bedegnar, Arab. spina alba vel regia Jun. ἀκανθα λευκὴ. *The white Thistle: some think it to be* Carduus beatæ Mariæ.

Bĕdella, æ. *A kind of Drug.* Vindicianus; Spicam, Crocon atque Bedellam. *Also a kind of Horſ-leech.* Gloss.

Bedellus. *A Bedle:* præco.

Bee, Var. *The voice or Cough of sheep, begh.* Hinc *beclare,* & extritâ litera, *belare.* Varro.

Beelzebub, Vall. Baalzebub; à בעל *dominus,* & זבוב *Muſca:* dict. quod in muscas perniciosas & peſtiferas imperium habere crederetur. Dominus etiam immundorum spirituum. Vide Mart.

Beemoth, Heb. בהמות *beſtia.*

Been, seu Been album, Serap. *The same that* Polemonia; *albeit it is thought, that this*

this be not that kind of Behen *whereof* Serapio *writeth.* ¶ Behen rubrum, Offic. *seemeth to be that* Narcissus *whereof* Virgil *and* Columella *make mention.* Vide Wekerum.

Bela. *Old Wives did use it for* Ovis, *a sheep: whereof cometh* Belare. Varro. Ex βάλλω. Vide Balo.

Belbiton; stercus boum. V. Bolbiton.

Belbus; θῆλυ, ζῶον, *bellua*, Gloss. *Belua* autem sign. elephantum, hyænam, vel cetum. Mart.

Belenium, Ruell. 2. 12. Gr. Olim delibutorium in Perside venenum erat, transl. autem in Ægyptum & Palæstinam sine periculo mandi cœpit. Putatur idem esse quod Helenium Ægyptium vocant. Sic vocant Galli herbam, quâ sagittas inungebant. Scal. in Auf. Est autem *Belenus* Apollo.

Belenoides, os; vide Graphoides, Stup.

Belgicus, a, um; ut Belgicum esse dum, currûs quoddam genus.

Belial; Heb. inutilitas, pernicies, ex בלי *sine, absque*, vel *non*; & יעל *profuit*. Alii, contendentes Dæmonem eodem intelligi, derivant ex בלי *absque*, & יע *altissimè*. Hier. ex בלי & עול, quòd sit *absque jugo*. Aquila *apostatam* reddit. LXX. filios Belial redd. παράνομους. Kimhi בלי מיעול, quòd sit nulli commodus. *One which doth no good but hurt; the Divel; without yoake; an Apostate.*

Belici; Gr. legumenta.

Beli oculus: Gemma est albicans, Belo Assyriorum deo dicata, pupillam pingens nigram, è medio aureo fulgore lucentem. Plin. 37. 10.

Belion. *The herb* Polion montanum, Dioscor. vide Polion.

Bellacitas; f. *Warlikeneſs.*

Bellaciter. *Warlikely.*

Bellantur; i. bellant, Virg.

Bellaria, orum; plur. n. Plaut. *Bellarium*, & *Bellaria* res aptas bello appellabant, Fest. Scal. leg. *res bellas appellabant*; ex Bellus, a, um; qu. bellæ res. Alii quòd bellatoribus sint opportuna. Alii per Antith. ut minimè bella, i. bona, quòd corpori simul & animo noceant: Gloss. πραγμάτια. Onom. πραγάλια, i. cupedias; *pulcralia* dixit Cato. Neque solùm esculenta Græci ὀψία voc. ὀνομάζουσι, πίμματα, παρεφθήματα, Clem. Alex. sed & poculentorum delicias, nam & *Liberi bellaria* dicebant. *Banqueting dishes; the last course or Service at a Table; junkets, dainty dishes: Also sweet wine.* Gell. 13. 11.

Bellaria, æ; f. *The flower of the herb* lychnis.

Bellator, oris; m. verb. à Bello, as; πολεμιστὴς, ἀνὴρ πολεμικός. *A man of Arms, a Warrior.* Bellator ensis, Sil. *An arming Sword.* Bellator equus, Virg. *An Horse for War, a War-Horse: a Chess-man: the Knight perchance.*

Bellātōrius, a, um; adj. Plin. jun. πολεμιστικός. *Pertaining to War or warriors.* Jumenta bellatoria, Amm. Marcell. *War-horses.*

Bellātrix, icis; f. verb. à Bello, as; πολεμίστρια. *A warlike woman, she that warreth, or pertaineth to war.* Bellatrix triremis, Claud. *A Galley for war.*

Bellātulus; dimin. à Bellus, Plaut. ἁβρὸν, ἱκανὸν. *A jolly or proper one, a little fair one, a pretty little Sweetheart, a Pigs-nie.*

Bellatus, a, um; Plaut. idem quod Bellulus.

Bellax, ācis; adj. πολεμικὸς, μαχητικὸς. *Used or handled in war, warlike, desirous of war.*

Bellè, adv. καλῶς. *Well, very commodiously, gaily, gently, neatly, pleasingly, fortunately.* Bellè negare, *To deny smoothly, or with a pretty excuse*, Cic. Bellè dicere, i. ad voluntatem loqui, Id.

Belli, adv. Plaut. in Amphitr. *In war, by war:* ut, Humi, Domi.

Bellica, æ; dicebatur columella illa ante templum Bellonæ, super quam jaciebant hastam, cùm bellum indicerent, Fest.

Bellico, as, are; Gloss. *To wage war.*

Bellicosè, ōsiùs, issimè; ut virum bellicosum decet, πολεμικῶς. *Warlike, valiantly, fiercely, soldier-like.*

Bellicosus, a, um; cosior, ius; comp. & issimus, superl. ad bellum gerendum aptus, πολεμικὸς. *Valiant at arms, warlike, fierce, apt for war.* Bellicosus annus, Liv. *Full of war: all spent in war.*

Bellicrĕpus, a, um; πολεμόκλονος· ex Bellum & Crepo. *Ruffling in armor, or of armor.* Bellicrepam saltationem dicebant, quando cùm armis saltabant, quod à Romulo institutum erat, ne simile pateretur quod fecerat ipse, cùm à ludis Sabinorum virgines rapuit, Fest. ἐνόπλιος ὄρχησις. *A dancing in harneſs.*

Bellicum, ci; n. signum vel incitamentum belli; τὸ πολεμικόν. *The sound of a trumpet when they blow to the battel: an Alarm, a warning or signal to battel:* & Bellicum canere, *To sound the Alarm to battel: and by a Metaphor, to animate, to encourage, to stir up, to make dissension or debate.*

Bellicus, a, um; πολεμικὸς. *Pertaining to war, warlike, martial.* Bellica disciplina, *Skill to govern in war, warlike discipline.*

Bellĭfer, a, um; ex Bellum & Fero, Claud. πολεμοφόρος. *That maketh war, warlike.*

Bellĭger, gera, rum; ex Bellum & Gero, Mart. πολεμιστὴς. *That maketh war, of war, for war, given to war, warlike, martial.*

Bellĭgĕro, as; ex Bellum & Gero: πολεμῶ, πολεμίζω. *To make war.* Belligerant Ætoli cum Aulide, Plaut. *Do make war upon* Aulis.

Bellior, comp. à Bellus, Var. *More gallant and gay, better.*

Bellipŏtens, tis; adj. ex Bellum & Potens: ἐνόπλιος, δυνάμενον. *Puiſſant in arms, mighty in war.*

Bellis, & Bellius, & Bellium; genus herbæ, bellius flos; vulgò Consolida minor, herba Margarita, primula veris, Plin. 25. 5. A bello colore dict. βέλλιον, πλεῖον ὄρεινόν. Jun. βέλλις, qu. βίοδις, i. βίου ἄλλον ποιοῦσα· species herbæ, quæ reducere in vitam mortuos videtur; Etymol. *The white Daiſie: also a fish called a Thornback.*

Bellissimè, superl. adv. à Bellè. *Very well, very finely.*

Bellissimus, superlat. à Bellus. *Very good, fineſt*, Ter.

Bellitudo, ĭnis; f. ex Bellus, Fest. ornatus, pulchritudo. *Fairneſs*, κάλλος.

Bello, as; πολεμῶ. *To war, to make war, to fight.* Bellare cum diis, *To fight againſt.* Bellare alicui, Stat. *To make war upon.* ¶ Bellare de re aliqua, Tac. *To fight for.* Bellor. depon. Virg.

Bellŏculus, li; m. Vide Bellocioulus.

Bellonarii; m. pl. Gloss. *Mad-men.* Bellonarii *were* Bellona's *Prieſts, who ſacrificed to her with their own blood*, Acro. οἱ ἱεροφορούμενοι, Gloss.

Bellōsus, a, um: πολεμικὸς. *Warlike*, Nonn.

Bellua, vel Belua; θὴρ, θηρίον, bestia magna vel immanis: vel à Bello, h. e. *bono*, per Antiphrasin, Jun. vel ex Heb. בהמות: fera, quasi bellum gerens; vel à Bello, quòd belluarum sit bellum sibi mutuò inferre, quibus natura ad hoc ipsum arma videtur concessisse. Vide Bellum. *Any great, cruel and terrible beaſt; a monſter: alſo ſavage, dull, fooliſh.*

Belluālis, vel Beluālis. Vide Bellŭinus vel Beluinus. Vide Cal. & Macrob.

Belluātus, a, um; adj. indè *Belluata* vel *Belluata tapetia*, in quibus erant belluæ acupictæ, ζωωτὰ, ζωδιωτὰ, Plaut. *Tapeſtry painted or wrought with beaſts.*

Belluatus, vel Bellutus; bestiæ similis: vide Belluinus.

Bellues; egestas quæ solet contingere per vastationem. *Murrein.*

Belluilis, adj. Gloss. *Beaſtly.*

Belluinus, a, um; adj. θηριώδης, Gloss. item morbus bestiarum. *Of or belonging to a beaſt, beaſtly, cruel.*

Bellulè, adv. Plaut. dimin. à Bellè. *Featly.*

Bellulus, a, um; dim. à Bellus, Plaut. ὁ καλλίας, ὁ ἢ ὁ μάγειρος. *Fair, minion, trick, gallant.*

Bellum, li; à belluis, quòd sit belluarum dissensio pernicioſa, Fest. Cic. qu. minimè bonum. Var. rectissimè à Duo, qu. *duellum*, *d* in *b*. i. bellum, vel pugna inter duos. *Bellum*, quia initio fuit *duellum*, à duobus; nam licèt multi sint milites, duæ tamen partes sunt, & inter duos tantùm primum bellum fuit: Et sicut *duis* (quòd à Græco δὶς) *bis*, *duonum bonum*, sic *duellum bellum* facit: Scal. Poët. 3. 90. Sic *duellica*, pro *bellica*, Lucret. & *Duellona*, pro *Bellona*, Var. *duini* pro *bini*. Cassiod. & Hyg. à Belo, quòd is ferreum gladium primus produxerit. *Bellum* Canin. ex πόλεμος. Alii ex βέλος *telum*; vel à belluis, quia temerè in acie versari, & manu cum hoste confligere, immane quiddam & belluarum simile, Cic. *All the time that war doth laſt or continue; war, battel, conflict, arms.* Bella anni, *The Spring and Fall, wherein are moſt ſtorms and tempeſts.*

Belluōsus, a, um; κητώδης, Onom. Belluosus oceanus, Hor. *Full of monſters.*

Bellus, a, um; à Bonus; fuit enim *bonulus*, *bonellus*, Scal. pulcher, elegans, prudens, κομψός. *Bellus*, ex *benus*, antiq. pro *bonus*; indè *benuclus*, &c. in usu bellus. *Good, fair, pretty, proper, gentle, pleaſant, courteous.* Bellus, Aristoteli δριμὺς. *A man-pleaſer or flatterer*, Mart. Belli homines; qui aliis libentèr obsequuntur, Catull.

Belluus; moribus bestiarum, Gloss. Isid.

Bēlo, as, āre. *To bleat as Sheep do:* παρὰ τὸ βῆ λαλεῖν. *Whereupon Sheep ſhould*

ſhould be called in Greek rather βέλα *then* μέλα.

Bĕlŏne, es; f. Plin. Gr. Lat. Acus & Aciculà. *A kind of fiſh like a needle.*

Belonoïdes, Græc. à βέλονη *a needle. Two proceſſes breaking forth from the foundations of the bones of the Temples, which are very ſmall, ſtrong and hard.* Vide Belenides.

Belos; indè *telum*, Canin. de verborum ſignif. *An arrow or dart,* Καὶ ὅτι βέλος, i. à Jaciendo. *Alſo the compaſs of the firmament; alſo a pavement.* Cajus in XII. tabb.

Belua. Vide Bellua.

Belulcus, *or* Beteilus, *or* Belulcum. *A Chirurgians inſtrument, to draw forth darts or arrow-heads out of wounds,* Corn. Celſ.

Belus, Plin. Gemma eſt vitreâ ſpecie, magnitudine nucis juglandis, in Arbelis naſcens, Plin. 37. 10.

Belzoin. *A kind of preciows Gum coming of the wood* Aloes. V. Wekerum.

Belzoinum, Offic. idem quod Cancamum.

Bembrades, quod & Membrades; genus piſcis, Cal.

Ben, Arab. & Offic. glans Ægyptia. Vide Myrobalanus.

Benarius, Gloſſ. Bennarius, σωλήνας, qui benæ, i. bennæ præeſt. Heſych. Βενναῖος, κάρρον. Genus carri apud Belgas. Scal. in Catalect. Gloſſ. *Convenit,* lege *Combennit,* συμβεβλῆσθαι. *Maſter of a Waggon, or of Players, who were anciantly carried about in Carts.* Vide Benna.

Bendidia; Sacra apud Thraces, Cal. Vide Meurſ. de Feriis Græc. Eſt autem *Bendis Diana.* Vide Cæl. Rhod. 18. 23. Βενδίδεια. Xen. & Strab.

Bĕné, adv. à Bonus, qu. boné: εὖ, καλῶς, ἀγαθῶς. Item σφόδρα valde, admodum, Cic. *Eum benè & naviter oportet eſſe impudentem.*—*Cùm tonuit benè,* Enn. *Alſo* Rectè, καλῶς. *Well, happily, proſperouſly, pleaſantly, honeſtly: very much.* ¶ Benè mihi, Plaut. i. eſſe cupio. Benè me, Idem; i. habere vel valere cupio.

Benea, orum. *Places where water goeth out of the earth.*

Bĕnĕdĭcè, adv. ex Benedicus, Plaut. Εὐφημῶς. *With fair ſpeech, or good words.*

Bĕnĕdĭco, is, xi, ctum, ĕre; ex Benè & Dico: Εὐλογέω, εὐφημῶ. *To bleſs, to ſay well, to ſpeak fair, to commend: alſo to ſpeak ſkilfully, eloquently and to the purpoſe. Referred to God, it ſignifieth To bleſs, to endue with his gifts.* ¶ Benedicere alicui, *To ſpeak well of one.*

Bĕnĕdicta, æ; f. Jun. caryophyllata. *Herb Benet or Bleſſed,* Avens.

Bĕnĕdictio, ōnis; f. verb. Apul. Εὐλογία. *A bleſſing; a commending.*

Bĕnĕdictum, ti; n. Εὔφημον. *Benedictæ* bona verba, placida & benevolentiæ plena. *A good ſaying or ſpeech; an honeſt report; good and gentle words, full of love. Benè dicta* etiam, diviſis dictionibus, dicimus pro iis quæ commodè, prudenter, & appoſitè dicta ſunt. *Fit and wiſe ſayings.*

Benedious, a, um; χρηστολόγος, qui benedicit & laudat.

Bĕnĕfacio, is, ēci, ctum, ĕre; ex Benè & Facio: rectè, & quod me decet facio. καλῶς ποιῶ. Benefacis, quòd me adjuvas, *Thou daſt well to help me.* ¶ Benefacis, non indicantis, ſed gratias agentis eſt, Donat. ¶ Benefacere erga aliquem, Plaut. & Benefacere alicui; *To do one a good turn.* ¶ Benefit beneficium, Plaut. *A benefit is well beſtowed.*

Bĕnĕfactum, ti; n. Plaut. εὐεργέτημα. *A good deed or pleaſure, a friendly turn, a benefit.* Benè facta etiam, diviſis dictionibus, dicuntur quæ rectè atque ordine geſta ſunt. Cic.

Bĕnĕficentia, æ; f. beneficiorum collatio, εὐεργεσία. *Liberality, largeneſs, beneficence, doing pleaſure any way.*

Bĕnĕficiālis, le. *Beneficialis cauſa* dicitur, ſive agatur de dignitate, vel perſonatu, officio, prebenda vel beneficio: *That is, that concerns a Benefice, or ſome Eccleſiaſtical preferment,* Prat. V. Calv.

Bĕnĕficiare, i. infeudare. Beneficiatus, feudi beneficio affectus, Calv.

Bĕnĕficiarius, ii; m. Plin. jun. εὐεργέτης. *He that receiveth a good turn of another: he that is not charged with Watch and Ward, and other labors of the field in War; but for his good ſervice hath ſome annuity or yearly allowance given him. In the Civil Law it is taken for one priviledged: alſo a Vaſſal, a Tenant that holdeth by Faith and Homage: Alſo a Penſioner, that liveth upon ſome ſtipend or annuity, without doing any ſervice for it.* Qui in beneficiis ad ærarium delatus, Cic. ¶ Beneficiarius fundus, *Land given by fee-ſimple or fee-tail, to be holden of the Honor by ſome ſervice: a Fee-farm, a Copy-hold.* Beneficiarii, Veget. *Legionary ſoldiers, promoted by the Tribune to ſome Office. Alſo the ſame that* Apparitores, Pancirol. Beneficiariorum Numerus, Veget. & Tac. Legitur & Beneficiarius, a, um; adject.

Bĕnĕficium, ii; n. εὐεργέτημα. *A benefit, a pleaſure, help, a good turn, favor, grace, kindneſs: alſo a Priviledg or Immunity: a Benefice.* Beneficii ſui fecit, *He would be ſued unto for them; or Have them to be his Gift or Creatures.* ¶ Beneficii ſui Centuriones, *Such as himſelf had advanced,* Suet.

Bĕnĕficus, a, um; entior, iſſimus; εὐεργέτης. *Which doth greatly pleaſure or benefit: beneficial, liberal.* Beneficiſſimus, Priſc.

Benefio, is; ex Benè & Fio, Plaut. *To be benefited or done good unto.*

Benefiolentia; pro Benevolentia.

Bĕnĕmĕrens, entis; idem quod Beneficus. *Deſerving well.*

Bĕnĕmĕrĕor, ĕris; ex Benè & Mereor. *To do a good turn, to benefit; to deſerv well.*

Bĕnĕmeritus, a, um; part. *That hath deſerved well.*

Bĕnĕſuadus, a, um; Apul. *Adviſing or counſelling well.*

Beneventanum, ni; n. Gloſſ. *A kind of Babyloniſh attire.*

Beneventum, colonia cùm deduceretur, appell. melioris ominis cauſâ, Feſt. Priùs Maloentum, Maluntum & Malventum dictum. Scal.

Benevolè; adv. ex Benè & Volo; εὐμενῶς, benignè, amicè. *Favorably, friendly; of or with a good will.*

Benevolens, entior; φιλόφρων. Quidam faciunt *Benevolentior* compar. ex Benevolus; entiſſimus. *Favorably, friendly, bearing good will, helping.* Benevolentes dii. *Alſo the herb Camomil,* Apul. Benevolentiſſimi officio fungi. *To do the part of a very dear friend,* Cic.

Bĕnĕvŏlentia, æ; f. ſtudium, favor, amor, εὐμένεια. *Benevolence, favor, bearing good will.* Reperitur in plur. Benevolentiæ, arum. Spart.

Benevolentes, a, um; Plaut. idem quod Benevolens.

Bĕnĕvŏlus, a, um; benè alicui cupiens, εὐμενής. *Well-willing, bearing good will, favorable, friendly.*

Bĕnignè, adv. ἱλαθιότητος, εὐμενῶς, *Courteouſly, gratiouſly, gently, liberally, largely, abundantly, benignly.* Benignè, Hor. epiſt. 7. Formula bellè negandi; *I thank you as much as if I did. See* Gratia eſt: & in compar. gradu, Benignius vivere, *To live in more good fellowſhip,* Plin.

Bĕnignitas, ātis; f. εὐεργεσία, χρηστότης, ἱλαθιότητος. *Liberality, largeneſs, benignity, courteſie, favor, gentleneſs, bounteouſneſs, goodneſs, grace.*

Bĕnigniter, adv. Nonn. V. Benignè.

Bĕnignus, a, um; liberalis, munificus: à Bono & Gignendo, εὐεργετικὸς, ἱλαθιότητος, qui bonis & dignis largitur, Feſt. Gloſſ. καλοκἀγαθὸς, φιλάνθρωπος. Benignus a Benè, ut Malignus à Malè; GNS eſt terminatio communis, Becm. *Benign, bountiful, liberal, favorable, courteous; pleaſant; lucky; fruitful; alſo much given unto.* Vini ſomnique benignus, Hor. *Much given to wine and ſleep.*

Benjoin, Offic. Vide Cancamum. V. Belzoin.

Benna, æ; f. Cato, ἅμαξα κλωπική. *A Waggon: whereof cometh* Combennones, *Companions in one Waggon: a Tumbrel, a Dung-cart: a Cradle, in* Picardy. Benna *is an old* French *or* Dutch *word for a plain Hutch or Cheſt. Hence our word* Binn.

Bennarius. Vide Benarius.

Bĕnus, Veteres dixere pro Bonus: indè *Benè, Benignus,* &c.

Benzoinum gummi, Jun. *That which the Apothecaries call* Benjamin *or* Benzoin. Vide Laſer Cyrenaicum.

Bĕo, as; ex βιόω, βιῶ *vivo, vitam optare* vel *donare:* μακαρίζω, Mart. ex βέλω ſeu βάω, ὃ δὲ αἰμυλὸς τῇ μακαρίσαι τοῦτ᾽ ἐποίει, facio ut res eat vel procedat; βείομεν enim eſt πορεύομεν, Heſych. vel ex *benum, beneo,* i. benè alicui facio. Voſſ. vel ex Deus, quaſi Deo, Deum facio. Ter. *To make bleſſed or happy, to bleſs, to comfort, to make glad; to do a pleaſure unto.* Beo, *in the firſt ſenſe, is* Juvo. *Beare,* eſt prodeſſe, Ulp. Beat, Plaut. i. facit ὀλβίους τὸν βίον, *and thereupon,* felicem reddo.

Berbena; idem quod Verbena.

Berberion vel Berberi; Barbat. *A ſhell-fiſh, wherein pearls do breed.* Gell.

Berberis, Offic. *The Barbery-tree: the ſharp or tart Barbery-tree: the white Thorn-tree:* ὀξυάκανθος.

Berbix, Onomaſt. Græco-Lat. ὀξύακανθος, vervex.

Berenices coma, κόμη βερενίκης. *A figure like a Triangle of ſeven Stars at the tail of* Leo.

Berenicium, eſt nitrum vel ſpuma nitri, Stup. ex Gal.

Bergia, æ; f. *A Mace or Rod,* Cerd.

Berilliſtica, æ; Paracelſ. *The art or skill of ſhewing any form or ſhape that we deſire in a Cryſtal Glaſs.*

Beriſion. Anemone.

Bĕro, onis ; Bud. *A sack, bag or satchel:* à pera, qu. *pero* dict.

Berula, æ ; f. idem quod Sium. Vide Sisymbrium.

Berus. Vide Berrus, m.

Grānum, ni; n. κόκκος· dc. à *gerendo,* qu. *geranum;* scritur n, ut ἀπὸ τοῦ φέρειν, φέρνη. Vel à גרר gerit, quòd deglutiuntur gutture. M. S. quòd crescendo *grande* efficitur. *Granum* generaliter dicitur, quicquid minutum est, & similitudinem aliquam habet cum grano frumenti. Jun. Granum acidi, Granum ficarium, Granum infectorium, tinctorium, &c. Vide. Granum pro Cincinno, Cerd. *A grain or barley corn taken in the midst of the ear. The fifty sixth part of an ounce.* Granum virides, Avic. *The fruit of the Turpentine-tree.* ¶ Granum regium, Jun. *Palma Christi.* ¶ Granum Gnidium, Jun. *Pepper of the mount.*

Graphe, es; Græc. Suid. *A writing; also a publick accusation.*

Graphiārium, ii; n. γραφεῖον. Mart. theca in qua graphia & styli reponuntur, quibus scribere & pingere solebant. *A pencase, a pen and inkhorn; also a pensil.*

Graphiārius, a, um; Jun. *Pertaining to writing.* ¶ Graphiarius gladiolus, Jun. *A penknife.* ¶ Graphiaria theca, Suet. *A penner, a pencase.*

Graphice, es; f. Gr. Plin. *Carving in box: painting or pourtraying. A careful premeditating, polishing or labouring of such things as we mean either to write or speak,* Bud. *Care.*

Graphicè, adv. Plaut. *Very well, cunningly, curiously, accurately.*

Graphicus, a, um; γραφικός. *Perfect, excellent, as it were pourtrayed in wax, very fine and curious.*

Graphis, idis; f. Græc. Plin. à stylo, quem Græci γράφιον vel γραφίδα vocant. *The art of pourtrayture; the delineation of any work to be made.*

Graphiscus, Diocleus, Cels. *An instrument to draw a dart out of a wound.*

Graphium, ii; Gr. Ovid, γράφιον. stylus ferreus, quo veteres in cereis pugillaribus solebant scribere, Ovid. *An iron pen wherewith in old times they used to write on tables waxed over, a pen, a pensil.*

Grapho, as; γράφω. i. scribo. *To write.*

Graphoides, aut belonoides processus; tenues ossium capitis processus; item cubiti processus, Stup.

Graphos, phi; m. & Graphus, i; scriptor, γραφεύς. *A writer.*

Grassa, æ; f. Gloss. gressus.

Grassandum est, Liv. *A man must proceed.*

Grassatio, ōnis; f. verb. λωποδυσία, λῃστεία. *A robbing and killing, assailing.*

Grassator, ōris; m. λωποδύτης. *An extortioner; he that robbeth by the highway.*

Grassatura, æ; Suet. λωποδυσία, *Robbing and slaying.*

Grassatus, a, um; Næv. *Wicked, and cruel: passed and gone.*

Grassities pro Crassitudo.

Grassor, aris; dep. Plaut. κακοποιῶ, ἁρπάζω, λωποδυτῶ. Creditur esse frequ. à verbo Gradior: ab impetu gradiendi, Fest. *To rob and slay by the high way: to go or come on with rage, force and violence, to assail and set upon: to contend.*

…to work his purpose. …similitur in bonam partem: …ſic jure graſſari, non vi, Liv. *He …doth proceed*, &c. ¶ Graſſatur …, Ibid. *It very fierce and killeth …* ¶ In poſſeſſionem agri graſſari, …*To ſeize or enter by force upon.* ¶ Ad… …omnes graſſatus eſt, Suet. *He was …ed or cruel towards all. Alſo to flatter.* …tiam vides ut palantes ſolæ graſſentur? …Afranius; *Conſimili graſſantur vitâ …ſunt graſſandum eſt, ſi nihil vires ju…nerunt*, Liv. *Graſſandum ad clara peri…ſilius.*

Graſſula: vide Lunaria.

Graſſus, ex Craſſus, *Fat, groſs.*

Gratabundus, a, um; à Grator, Tacit. *Joyfull, merry, joyful.* Idem quod Gratulabundus. Tacitus, 17. Ex proximi militum gratabundi reſpondere.

Gratans, tis; part. Ovid. *Rejoycing and making blith.*

Gratanter, & Graté; Jul. Capit. *Thankfully, gratefully, kindly, willingly.* Aurum gratanter provinciales corporibus dabant, *Will more willingly pay money then ſerve in their own perſon*, Am. Marcell.

Gratebens, tis; Apul. *Well ſavouring, ſmelling pleaſantly: εὐοσμῶν.*

Gratis, in nom. & accuſ. f. Plaut. χάρις; gratia ejus qui gratus eſt vicem reddendo benefactori, vel ſaltem aliquid gratum & charum viciſſim præbendo pro bonis acceptis. Vox Poëtis ceteris, qui dicunt *Grates agere, pendere, rependere, exſolvere, perſolvere. Gratis* ex χάριτος, indè Gratus, etiam & Gratia. *Thanks; alſo the Cells of the Bees.*

Gratia, æ; f. Canin. Ἀπὸ τῆ χαρᾶς, indè *gratis*, & *gratus*: ——κη, χάρις, χάρισμα. *Gratia* eſt qualitas vel actus grati: à *gratus*, ut *modeſtia*, *moleſtia*, &c. à *modeſtus*, *moleſtus*. ¶ Eſt item Gratia Amabilitas, ſicut χάρις, Feſt. ¶ Item Favor ſeu benevolentia: item metonymicè Beneficentia, & ipſum beneficium ex illo fonte naſcens. ¶ *Gratiâ* interdum eſt causâ, ut Græcis χάριν: vide Senec. de Beneficiis, l. 3. *Nunc dicam quare tres Gratiæ, & quare ſorores ſint, & quare manibus implexis, quare ridentes, juvenes, & virgines, ſolutâque ac pellucidâ veſte. Alii quidem videri volunt, unam eſſe quæ det beneficium, alteram quæ accipiat, tertiam quæ reddat. Alii tria beneficiorum genera; promerentium reddentium, ſimul & accipientium reddentiumque*, &c. vide Mart. & Scal. ¶ *Gratia* ſæpius pro Memoria accepti beneficii, & voluntate referendi. ¶ Habere & referre gratiam, *Grace, good will: reputation: favour: beauty: pardon: thank: a benefit: a reward: praiſe: peace: authority: attonement: agreement: love.* Gratia Dei; idem quod Gratiola: *alſo the ſame that* Geranium batrachoides. ¶ Eſt gratia, Plaut. *I thank you.* ¶ Eâ gratiâ ſimulavi, ut pertentarem, &c. Ter. χάριν, ἕνεκα. *For that cauſe I diſſembled*, &c. ¶ Mitte hunc meâ gratiâ, Plaut. *For my ſake.* ¶ Communium impenſarum gratiam cepit, *He went away with all the thanks for that which was done in common*, Suet. ¶ Gratiam facere alicui, *To give one leave to do a thing, or to pardon if he do it.* ¶ Jusjurandi gratiam fecit equiti Romano, *He diſcharged him of his oath, or diſpenſed with him for it*, Suet. ¶ Gratia eſt; honeſta negandi formula; Plaut. De cœna facio gratiam, *I will have no Supper, I thank you*, Plaut.

Gratiæ, ārum; f. χάριτες. *Thanks.*

Gratificatio, ōnis; f. verb. χάρισμα. *Gratifying, doing of a pleaſure.*

Gratificator, m. Aug. *He that gratifieth.*

Gratificor, aris; depon. rem gratam facio, gratum facio; χαρίζομαι, χάριν κατατίθεμαι. *To gratifie or do a thing thankfully: to do a good turn or pleaſure to: to confer a benefit: to make other their friends with: to give or yield*, Saluſt. Hoc tibi gratificor, *I gratifie you in this.* ¶ Gratificari quid alicui, *To do a thing freely.* Campum Tiburtinum gratificata eſt populo, *She gave and beſtowed it freely upon the people*, Plin.

Gratificus, a, um; Gloſſ. *Thankful.*

Gratiis; idem quod Gratis, Plaut.

Gratilla; i. gratus cibus, Arnob. *A kind of Cake uſed in ſacrifice.*

Gratiola, æ; f. dim. à Gratia, Diom. *A kind of hedg Hyſſop, or* Gratia Dei. *A kind of leſs Centaury.*

Grātior, ōris; compar. à Gratus, Virgilius. *More acceptable or more pleaſant.*

Gratioſè, adv. Dig. χαριέντως. *For favour, acceptably.*

Gratioſitas, atis; f. χάρισμα. *Grace, favor.*

Gratioſus, iſſimus, a, um; χαρίεις, χαριτώδης. Et qui adhibet gratias, & qui admittit, Gell. 9, 12. i. & qui favet, & cui favetur, ſeu qui gratiâ apud alium valet. *Very thankful, in great favour, credit or reputation: gracious, well liked, having the good will of: procured by partial favour*, Liv.

Gratis, adverb. idem quod Gratuitò; δωρεὰν, αἰτίας, i. per gratiam; & indè eſt. Quin & gratiis pro gratis dicitur, ut indè contractum videatur. *Without reward, recompenſe, deſert or reſpect of profit: for nothing, frankly, freely.*

Gratiſſimè, adv. Macr. *Very willingly.*

Gratito, as; Ovid. *To gratifie oft.*

Gratito, anſeris eſt: à tono.

Gratitudo, inis; ἀνταπόδοσις. *Thankfulneſs, kindneſs.*

Grato, as; idem quod Grator. Sic *Juveni grato*, Tibul.

Gratò, adverb. Plaut. κεχαρισμένως. *Thankfully.*

Grator, aris; Virg. gratulor, σὺν χαίρω, συνήδομαι. *To give thanks to: to be glad or rejoyce for his own good fortune or anothers: to ſpeak a thing thankfully.*

Gratuite: vide Gratuitò.

Gratuitò, adv. gratis obtingens, ſine pretio, δωρεὰν, δωρεάν. *Of good will, without benefit, freely, without pain and travel.* Gratuitò habitare, Ulp. *To dwell rent-free in another mans houſe.*

Grātuītus, a, um; quod datur gratis, i. ſine pretio & præmio, δωρεὰν. *Without reward or hope of recompence, freely beſtowed, unbired, not allured with pleaſures, or hired with profit.* Gratuita annona, *Allowance of corn or wages for doing no ſervice*, Vopiſc. ¶ Gratuita odia, *Hatred or malice for nothing or without deſert*, Quint.

Grātŭlābundus, a, um; Gell. ὁ συγχαίρων ἢ συνηδόμενος ἑαυτῷ. *Rejoycing, giving thanks.*

Gratŭlamen: vide Gratulatio.

Gratulanter, adv. idem quod Graté.

Grātŭlātio, ōnis; f. teſtatio gaudii ob ſœlicem ſucceſſum, σὺν χαρᾷ, φιλοφρόνησις. *Rejoycing in ones behalf, thankſgiving.*

Grātŭlātor, ōris; maſc. σὺν χαίρων. *He that rejoyceth at the weale of another.*

Grātŭlātrix, Sidon. *She that rejoyceth or gratulateth.*

Grātŭlor, aris; depon. ex Grator, aris, vel Gratus; gratulationem facio, lætor, συνήδομαι, σὺν χαίρω. Nonn. *Gratulari* gratias agere. *Gaudemus* propriis, *Gratulamur* alienis. ¶ Gratulor tibi, proprie eſt Verbis oſtendo gratum mihi eſſe, quod tibi contigit. ¶ Gatulari cum accuſat. eſt Gratum habere. *To rejoyce and be glad in ones behalf: to ſay and declare that he rejoyceth for: to thank.* Liv. Gratulor tibi hanc rem Plaut. Gratulor tibi de hac re: Gratulor tibi in hoc: Gratulor tibi pro opportunitate temporis: Gratulor tibi amicitate viri optimi; *I rejoyce in your behalf for this thing, or, I rejoyce that you are*, &c. ¶ Illi dolori gratulor, quem, &c. Quint. *I am glad of that ſorrow that*, &c.

Grātus & iſſimus, a, um; ἀγαπώμενος, ἐπιχαρὴς, καταχαριζόμενος. *That remembreth or recompenceth a good turn, gratefull, thankful, kind, acceptable, pleaſant, agreeable: delectable: very welcome: much ſet by: taken in good part, in good gree.*

Gravamen, n. Apoll. *A grief or burthen.*

Gravamentum, ti; n. Gloſſ. idem.

Grăvans, tis; part. Ovid. *Loading or weighing down.*

Gravanter, adv. *Grievouſly.*

Gravaſtellus, Feſt. à *gravitate.* Alii legunt *ravaſtillus*, ex *rave* colore, *Anciens.*

Grăvātè, adverb. δυσαρεστῶς, δυσχερῶς. *Diſpleaſantly, grievouſly, painfully, hardly, with an ill will, grudgingly, Heavily, or with great weight*, Apul.

Gravatim, idem. Liv.

Gravativus dolor, i. Dolor triſtis, Stup.

Gravator, oris; m. Aug. *He that grieveth or troubleth.*

Grăvātus, a, um; Ovid. βεβαρυμένος, δυσχερῶς ἔχων. *Diſdaining, loth to do, grieved, hardned, loaded, drouſie, heavy and hanging down.*

Gravè, adv. Non. *Gravely.*

Gravedinoſe, adv. Auguſt. *Sluggiſhly, ſleepily, drouſily, heavily.*

Grăvedinoſus, & Gravidinoſus, a, um; κορυζῶν, κορυζώδης. *That hath or cauſeth an heavy head, or is ſubject thereunto: that hath or cauſeth the mur or poſe.*

Grăvēdo, ĭnis; f. κόρυζα. *Heavineſs, grief: a rheum or raw humour falling down into the noſe, ſtopping the noſtrils, taking away the ſenſe of ſmelling, hurting the voice, and cauſing the cough with a ſinging in the ears: the poſe, mur or ſniffing of the head:* dict. quia gravat membra, quæ occupat.

Grăveo, V. Graveſco.

Grăvĕolens, à Gravis & Olens, Virg. δυσώδης. *That hath a very evil ſaveur, ſmelling filthily.*

Gravĕolentia, æ; f. Plin. δυσωδία. *A ſtinking ſavour, a ſtrong ſmell.*

Grăveſcens, part. Tac. *Waxing great, waxing worſe and worſe.*

Grăveſco, is, ĕre; Virg. βαρύνομαι, βαίνω. *To be burdened, to wax heavy; to be great with young: to wax ſtronger,* Celſ.

Gravicellus. *Somewhat grave.*

Gravicors, ordis; adj. βαρυκάρδιος, βαρύφρων. *He that hath a great and an heavy heart.*

Grăvidātio, f. Dig. κύησις. *A getting with child.*

Gravidatus, a, um. *Great with young, or made great.* Gravidata ſeminibus terra, *Full of ſeeds,* Cic.

Gravidicus. V. Graviloquus.

Gravĭditas, ātis; f. κύησις, κύημα. *Greatneſs with child or young.*

Grăvido, as; ἐγκύμονα ποιῶ. *To make great, or get with young.*

Grăvidor, ātis; Sext. Aurel. *To be great with child.*

Grăvidus, a, um; Plaut. *Gravida* eſt, quæ jam gravatur conceptu; *Prægnans,* velut occupata in generando quod conceperit, Feſt. ἐγκύμων, ἐγκύος. *Great with child, full of young.* Gravidam facere mulierem filio, Plaut. *To beget a woman with child of a boy.* ¶ Gravida è Pamphilo, Ter. *She is great with child by* Pamphilus. ¶ Lingua gravida convitiis, Propert. *A tongue full of reproach, or a very ſlanderous tongue.* Eſt etiam *Gravidus,* onuſtus, ἐμφορτος. *Heavy burdened.*

Graviloquentia, æ; f. βαρυλογία. *A grave ſpeech.*

Gravilŏquus, a, um; βαρυλόγος. *That ſpeaketh gravely and ſeriouſly.*

Gravio vel Graphio, appell. judex fiſcalis, Calv.

Grăvis, ior, iſſimus; βαρύς, βαρύτερος. Matt. à Gero, qu. *geravis,* à *gerendo: βαρύς. Heavy, grievous: painfull, ſore: dangerous, burdenous: ungentle, uncourteous, hard, difficult: ſubſtantial, weighty, of good importance: great, big: vehement: ſtrong: grave or having gravity, ſage, diſcreet: ſure, conſtant: plenteous or full loaded with, fertile and fruitful: ſtinking or having a ſtrong or ill ſmell, infectious and corrupt, naughty and troubleſome: old, aged, ſcant able to go for age: great with child,* βαίνων. ¶ Navis gravis, Cæſ. *A ſhip for burden, a merchants ſhip.* ¶ Argentum grave, Liv. *Weighty ſilver, or in bulleon.* ¶ Gravior natu animus, Ter. *Of more and longer experience.* ¶ Gravis utero, Plin. Morbo, Virg. Vinculis, Plin. jun. Divitiis, Plaut. Ætate, Liv. *Great with child: caſt down or brought low with ſickneſs: loaden with iron: very rich: very aged.* ¶ Gravis Marte, Virg. *Great with child by* Mars. ¶ Gravius erit tuum unum verbum ad eam rem, quàm centum mea, Plaut. *One word of your mouth will be of more weight or do more good, then, &c.* ¶ Gravis armaturæ milites, *Men at armes, or ſerving in complcat harneſs,* Liv. ¶ Loca gravia, *unwholeſome places:* &, Loci graves, Celſ. *Gravis* ex βαρύς. Gravis pro Precioſo, acerbo, nocente. Item pro Conſtanti & ſevero: pro forti & robuſto: pro Triſti, fœcundo, pleno, gravido.

Grăviſonus, a, um; βαρύφωνος. *That ſoundeth greatly.*

Graviſtellus, Plaut. *A fat, corpulent, or heavy man:* qu. *gravis tellus,* Camerar. Vide Gravaſtellus. ἀχθος δύσπνουν.

Grăvĭtas, atis; f. βαρύτης. *Authority, gravity, ſageneſs, diſcreetneſs, ſtrictneſs: conſtancy, weightineſs, heavineſs, grievouſneſs or greatneſs of a thing: hardneſs, unwholeſomneſs or unpleaſantneſs.* Gravitas annonæ, Tac. *Dearth of victuals.* ¶ Auditûs gravitas, *Thickneſs of hearing.* ¶ Cum gravitate loqui, *To ſpeak gravely or ſagely.* ¶ Animæ gravitatem facere dicitur braſſica, *Colworts cauſe either ſtinking breath, or difficulty of wind,* Plin.

Graviter, viùs, viſſimè; adv. βαρέως, χαλεπῶς. *Painfully, grievouſly, heavily, diſpleaſantly, ſorely,* σφόδρα, *ſharply, rigorouſly: greatly, ſubſtantially: ſagely, wiſely, ſadly.* Graviter ſonare, *To have a baſe or low tune.* ¶ Graviter ſpirare, Virg. *To have a vehement or ſtrong ſavor or breath.* ¶ Graviter ſe habere, *To be ſick or ill at eaſe,* Plane. ad Cic.

Gravitudo, inis; f. Gloſſ. βαρύτης. *Heavineſs or weightineſs.*

Gravius, ii; m. *An Earl, or Prefect or governour.*

Graviuſcŭlus, a, um; dim. à Gravis, Gell. βαρύτερος. *Somewhat weighty and grievous: ſomewhat baſe and low.*

Grăvo, as; Virg. grave reddo, onero, φορτίζω, βαρύνω. *To grieve, to burden or load: to make more grievous and troubleſome.*

Gravor, āris; Plaut. βαρύνομαι, διαφορέω. *To be grieved, diſpleaſed, or take grievouſly: to diſdain: to be loath: to refuſe to do.* Gravari dominos, Lucan. *To be loath to have: Alſo not to endure or to miſlike.* Gravabatur ampla & operoſa prætoria, *He could not abide in the houſe of the* Prætor *or Judge, it being ſo full of toil and labour.*

Graxis, Plaut. prolog. Aſin. *Cave modò nè graxis,* i. nè nimium ſonum edas: à Græco κλαγξω.

Gredibundus, a, um; Gloſſ. *That walketh often.*

Gregālis, le; ἀγελαῖος. *Of the ſame flock or company: common, vulgar:* Sen.

Gregarius, a, um; Saluſt. ἀγελαῖος, qui in grege eſt, nondum electus, ideo pro Vulgari dicitur. *Of the common flock or ſort, ordinary, common.* Gregarius panis, Plaut. idem quod Aceroſus.

Grĕgātim, adv. Var. ἀγελαδὸν, καὶ ἀγέλλω. *By companies, flocks or troops.*

Grego, as; ἀγελάζω. *To gather into flocks.*

Grellus, m. Gloſſ. *A kind of Bird.*

Gremia, orum; & Gremiales arbores, Ulpi. V. Cremium & Cremialis. *Gremia, ſiccamina lignorum,* Gloſſ. Iſid. i. cremia. Cal. *Crèmia,* ſurculi aridi, & minuti. *Splits or billets of wood.*

Gremiale, n. *An apron or bib.*

Gremio, as; κολπίζω. *To make a lap or skirt.*

Gremiolum, n. *A little skirt.*

Gremioſus, & Gremiatus, a, um; adj. habens gremium magnum.

Gremium, ii; n. à *gerendo,* qu. *geremium,* Agrætius; *Sinum* dicimus exterius expanſum receptaculum; *Gremium,* veſtis receptaculum, interius jacens ſecretum. Idem, *gremium* dicitur ab *ingreſſu difficili,* κατ' ἀντίφρασιν · κόλπος. *The ſpace between the two thighs, eſpecially in a woman: a lap, the boſom or inner part: the midſt or ſafeſt part.* Ut miſſum ſponſi furtivo munere malum Procurrit caſto virginis è gremio, Catull. Unde Proverb. *Non malleri è gremio credi oportere.* Muret. in Catul.

Greſſibĭlis, le; adj. *Apt, meet or able to go.*

Greſſum, ſi; n. Gloſſ. *A pace.*

Greſſuo, as; Gloſſ. *To ſtretch or ſtep.*

Greſſura vocatur & Interfœminium. Eſt inteſtinum ſeu intercapedo, quæ ab exortu pudendi uſque ad anum pertingit, Stupan.

Greſſus, a, um; à Gradior, Virg. πορευόμενος. *That goeth.*

Greſſus, ûs; m. verb. βάδισμα. *A pace, ſtep or going.*

Greſſutus, a, um; adj. *That hath great feet, or that hath long ſteps.*

Grex, ĕgis; m. ex Græco dict. Greges enim, illi γάργαρα ſolent appellare, Feſt. ἀγέλη, πώιμη. *A flock, a herd: a company or band of men.* Virgarum grex, *A bundle of rods,* Plaut. ¶ Grex armentorum, *A drove of big cattel or great beaſts. Alſo a skull of fiſhes.*

Gricena, quaſi *groſſena,* à Groſſus, Mart. Feſt. Gricenea. *A thick or ſtrong cord.*

Grifus; ſuperbus, cervicoſus, Gloſſ. Arabicolat. à *Gryphi* avis natura, Mart.

Grilletum vel Grulletum, ti; n. leg. & Grillarium; locus ubi abundant grilli. *A place that is full of Crickets.*

Grillo, as; Ovid. *To make a noiſe as the Locuſt called* Grillus.

Grillus, li; m. Gloſſ. *A worm which liveth in the fire, as big as a fly.*

Grimini, m. Plin. lege *grumi,* vel *grumuli* vel *grumili,* Gloſſ. *Land-marks.*

Grincio, cīre; Gloſſ. *To cry or chatter as the Jay.*

Griphus vel Gryphus, phi; m. Græc. γρίφος ex γρίπος *rete,* Gell. *A net: a dark ſentence or riddle;* quòd implicat homines tanquam rete. *Gryphus,* ſagena ex ſirpo, à γρίπος, quòd ab ἀγρεύω. Euſt. à γρύω, quod cum trahitur, ea radat quæ ſub ipſo: γρύω, ξύω. Ita Chald. גרד *trahendo volvere.*

Grifeus, a, um; inde Griſeæ, veſtes pretioſæ, ex animalculo Gris factæ, Cerd.

Griſus, a, um; adj. *Griſly, hairy, rough.*

Gritmannus; prætor ruſticus, præfectus pagorum, Mart.

Grœura, æ; f. Gloſſ. *The hammer of the clock.*

Grizeſco, ſcis. *To wax gray or haſh.*

Grocĭbat, Plaut. vel Crocibat; vocem ebriorum edebat.

Groma, Higin. *The art to caſt out the ground for the Quarters; and to ſortifie a Camp; and to chuſe places of advantage in the field.* Scal. leg. *Gruma,* al. *Gnoma,* ex γνώμων.

Gromaticus, a, um; Higin. γνωμονικὸς. *Pertaining to that Art.* V. Cerd.

Gromphena, æ; *A fowl like a Crane in Sardinia,* Plin.

Groſſapina, æ; f. *Cotton.* Vide Goſſapina.

Groſſeo, es; leg. & Groſſeſco. *To be groſſ.*

Groſſĭtas, ātis; f. *Groſſneſs.*

Groſſĭtes, ei: Vide Groſſitas. Macrob.

Groſſĭtudo, ĭdnis; f. V. Craſſitudo.

Groſſum,

Grossum vel Grossius. *A Quiver.*

Grossus, ss. *To make very greis or fat.*

Grossula rubra, sive Grossulæ transmarinæ. *Berried sea or red Gooseberies.*

Grossularia; æva Christi. *The gooseberry-bush.*

Grossularia rubra vel transmarina. *The red goose-berry bush.*

Grossulus, li; m. dim. Col. μικρὸς ὄγκος. Mart. ex גרש *frumentum contusum. A little or small fig, that is not ripe.*

Grossus, a, um; adj. Cal. crassus, ex Crassus, παχύς. *Thick, dull, gross, big.*

Grossus, si; m. & f. Cels. ὄλυνθος. *A green fig not yet ripe.*

Grucula; parva grus, Vet. Dict.

Gruga, f. Gloss. *A kind of breast.*

Gruina & Gruinaria, Jun. idem quod Geranium.

Gruinus color, Jun. *A Crane colour.*

Grulida, æ; f. Gloss. *A Portch.*

Grullisso, as; Ovid. *To call as doth the Quail.*

Grulli; m. plur. Gloss. *Ships.*

Gruna, æ; f. Nonn. Perot. à *gruo*, unde *Congruo*: συνδρομή, γνώμων. Vide Fest. Scal. Mart. *Gruma*, mensura quædam, quâ flexæ viæ ad lineam dirigunur, & est agrimensorum & similium τεῦχος. *Gruma* item sunt loca media, in quæ directæ quatuor congregantur & conveniunt viæ, Nonn. *A middle place, from whence go four waies: also the mid of the breast: Also an instrument wherewith land is measured.* Vide Groma.

Grumare, Gloss. *To direct or measure.*

Grumari, Gloss. *To overthrow.*

Grumaticus, a, um. *Of or belonging to Gruma.*

Gruno, as, avi. *To direct.* Grumâ metior.

Grumosus, a, um. *Full of clods or lumps:* unde legitur & Grumositas.

Grumula, æ; f. Gloss. *An heap.*

Grumulus, li; m. dim. Plin. βουνίον. *A little hillock, a hop-hill, mole-hill or ant-hill: a bed in a garden rising like an hillock.*

Grumus, mi; m. Perot. ex Gero: congeries terræ. Fest. terræ collectio, minor tumulo. Nonn. *Grumus* dicitur agger, à *congerie* dict. Dicitur *grumus* rei in massam concretæ frustum, ut salis, sanguinis frigore spissati. Aven. גרם vel גרן, inde *grumus*, βῶλος. *A barrow, or hillock of earth: as a mauri-hill or hop hill: a clot, clotter or cluster of any thing: clotted blood: also the clots of curded milk in a womans breasts, after she is newly brought to bed.*

Grunia, æ; f. Gaza. Pars est, quæ in superciliis prominet, velut imbricamentum quoddam, aliorsum humores derivans: *Also the Eaves of an house, which are made to keep the rain-water from running down along the walls:* à Gerendo.

Grundatorium; idem quod Grunda: *Also that which runneth from the eaves.*

Grundibat, pro Grundiebat.

Grundiles, sive Grundules, um; m. Cass. Lares, quos Romulus constituisse dicitur in honorem scrofæ, quæ triginta peperarat porcos. V. Nonn.

Grundio & Grunnio, is, ivi, itum, ire; ex sono confictum, Plin. Τρύω seu γρύ, quod sonitum suis imitatur: γρυίζω, γρύω, γρυμίζω. *To grunt like a Swine.*

Grundo, as, avi, are. *To drop, run, or bear drops.* Grundam facio.

Grundula, dim. à Grunda.

Grunnitus, ûs; m. verb. γρυισμός. *Grunting of swine.*

Grûo, is, ûi, ĕre; Fest. κλαγγάζω. *To cruncle like a crane:* à sono vocis.

Grus, ûis; f. & m. ex voce quam edit: Virg. *Grus* ex *garriendo*: ex γέρανος, idque vel ex גר *guttur*, vel גרגור. γέρανος. *A Crane: an instrument to draw with.*

Grusus, ficus, Cerd. V. Grossus.

Grussus, si; m. Gloss. *A wallet.*

Grutaria, bellaria, Cerd.

Gry γρῦ vel γρύξ vel γρύξ· sordes quæ sunt sub ungue, minimum aliquid. Becm. quòd sonitum suis imitetur. *A grunt, a grunting.* Mart. ex Charis. *Mu* canum est, unde dicuntur *mutire*, sicut *Gry*, γρῦ, porcorum, unde *grunnire.* V. Grunnio, Mart.

Grylletum, ti; n. Vide Grilletum.

Grylli; ridiculi habitûs picturæ. *Antickes, or such like.* Plin.

Gryllus, li; m. Plin. genus locustæ, simile cicadæ: retrò ambulat, terram terebrat, & noctu stridet: à sono vocis dict. γρύλλος. *A kind of Locust: a beast more then a grashopper devouring corn: A cricket.*

Gryphites, m. Græc. γρυπίτης, qui naso vel rostro est adunco, qu. γρυπὸς ὠνή, à *Grypherum* similitudine, Gell. *He that hath a crooked nose, like an Hawks bill.*

Gryps, yphis; Gr. γρυφ, γρυπός. *A Grype or Gryffon:* ab adunco naso dict.

Grypus, γρυπὸς· qui naso vel rostro est adunco, puto qu. γρυπὸς ὠνή.

G ante U.

GU, in notis antiq. *genus*, G.V. *Gravis Valerius*, GX. *grex.*

Guadafis, f. *An old custome.*

Guadia, æ; f. debita constitutio, unde *Guadiare*, guadiam constituere, vel firmare; *Deguadio*, i. guadiam fugere; *Inguadio*, i. valde firmare. *A good custome.*

Guadia, barb. pignus, Vet. Dict. *A gage.*

Guadio, as. *To bring in use or custome.*

Guadum, Jun. ἰσάτις. *Woad, of which be two sorts: one of the garden, which cometh of seed, and it is used to dy cloth into blue: the other is wild woad, and cometh up of his own kind.*

Guaiacum, ci; n. *A tree called also* Lignum sanctum, *The wood whereof is good against the French pocks.* Vide Gajacum.

Guardiæ, sunt feuda quæ constituuntur aliquibus propter custodiam rei Domini custodientis.

Guardio, ônis; vel Guardianus, ni; m. dicitur ille, cui talis custodia est commissa. *A Guardian.*

Guarentare, vel Guarentisare. *To take upon him to patronize ones cause.* Calv. *To warrant.*

Guastaldus, præfectus sive custos curtis, i. cæ regiæ, vel cortis, qui & *Astor* dicitur, Calv.

Guba, cuba; Gloss. Meurs. *Guba* est amphitapha, cilicium, ex חבא: *gufa*, γαῦσον.

Gubellum; corruptè à *globo*, dictum per dim. quasi *globellum*, Isid.

Guber, m. pro Gubernator. Gloss. *A Governour.*

Guberna, pro Gubernacula, Nonn. ex Lucil.

Gubernaculum, li; n. Clavus navis, i. quo navis gubernatur, & regitur: πηδάλιον, *The stern or rudder of a ship.* Metaph. *a rule or government of the Common wealth.*

Gubernatio, onis; f. verb. κυβέρνησις, διοίκησις. *Governing of a ship, ruling of a common wealth, guiding of any thing.*

Gubernātor, ōris; m. verb. κυβερνήτης. *The master, governour, director or pilot of the ship, the stern-man: a governour or ruler, a guid.*

Gubernatrix, īcis; f. verb. κυβερνήτης, διοικήτρια. *A governess, a woman guide or ruler.*

Gubernatus, a, um; part. *Governed.*

Gubernēta, æ; m. *A governour,* Gloss.

Gubernio, Isid. idem.

Gubernium, Gell. 16.7. & Gloss. gubernaculum, γυβέρνιον.

Gŭberno, as, κυβερνάω, διοικέω, διοικῶ· à גבר *superavit, prævalnit*, Mart. *Gubernare*, qu. *cohibernare*, i. cohibere hiberna, h e. tempestates: Isid. κυβερνάω, quasi κάμνω ἐρέτῃσι βιαίῳ πλοῖον, *servitari*, & ad eum dirigere navim. Nam primariâ significatione est *navim regere*, indè Mart. ex גבר & אנה. *To rule, order, guide, conduct or govern.*

Gubernum, n. *The stern of a ship,* Gloss. & Nonn. ex Lucill.

Gubila, f. Gloss. gula.

Guerra, æ; f. unde vocab. Anglicum, ex גרר. *War.*

Guesfoli. *Beasts like mice, having their dung as sweet as musk.*

Guidagia, quasi *pedagia*, V. Calv.

Guidagium, quod datur pro securo conducto, V. Calv.

Gula, genus vestis. Mart. Guba.

Gula, æ; f. Plin. גרון, per inversionem radicis. Scal. ex γόμος· vide in Conjectan. λάρυγξ, βρόγχος. Mart. ex גרע, vel ex γλόμος *gustus.* Item pro Anteriore parte colli quam *jugulum* voc. Item *Gula* de Folle, Plaut. per translat. pro Voracitate, & delicaciorum ciborum appetentia. *The gullet, weazand or pipe, whereby meat and drink passeth from the mouth into the stomack: the throat: sometime gluttony. Also the nose of the bellows, where the wind goeth out.*

Gŭlator, oris; m. Digest. *A ravenous person.*

Gulliocæ. *The green shells of wallnuts.* Fest. à *glaucus* viridis. Gloss. Isid. *Glaucia, viridis. Gulioca, καρυωτομία*, Gloss. ut leg. Scal. Idem Gloss. *Gullioca, κάρυα μικρά.*

Gulluca; leg. & Gulioca, pl. n. Gloss. idem.

Gŭlo, as; antiq. καταγέλω. *To devour or eat:* leg. & Ingulo, Transgulo.

Gulōnes, Apul. γαστριμαργοί, λαίμαργοι. *Gulliguts, gutlings, belligods.*

Gulōsè, adv. Col. λαιμάργως, ἀδηφάγως. *Gluttonously.*

Gulosĭtas, atis; f. γαστριμαργία. *Gluttony.*

Gulosus, a, um; Col. γαστρίμαργος, λαίμαργος. *Gluttonous.* Gulosus lector, Mart. *One that hath read much.*

Gulus, i. *A kind of ship.*

Gume, Nonn. *Gum.*

Gumia, æ; f. Lucill. *Gluttony.* Unde *degumiare*, i. devorare, Fest. Scal. in

Varr. Gumia & Gumiæ ; guloſus, guloſi : à γόμφος, ὅμιλος : i. *ſaburra navis* ; unde Plauto ſaturæ mulieres *ſaburratæ* dictæ. Vide Varr. & Feſt. in voce Inguvies.

Gummatus, a, um ; κεκμωδὴς. *Gummed or full of gum.*

Gummi, n. indeclin. & Gummis, is ; f. Plin. κόμμι, ex נמי, vel כמי Arab. Mart. Iſid. *Gummi* Græcum nomen eſt, ex κόμμι. *A gum that droppeth from trees.* Gummi Arabicum, Offic. *The gum that cometh out of* Acatia Ægyptia.

Gumminus, a, um ; Plin. quod eſt ex gummi confectum : κόμμινος. *Made of Gum.*

Gummitio, ōnis ; f. Col. κόμμωσις. *Anointing with gum.*

Gummoſus, a, um ; Plin. κομμώδης. *Gummy, that hath much gum.*

Gumphus, phi ; m. *The hinge of a door.*

Guna ; æ, inde gun : Iidem ſunt *genua*. Guna vel gunna, Cerd. *A capping glaſs* : leg. & Gunna pro Veſtæ pellicea : Porrò *A gown.*

Gunda, æ, navigii genus, Cal.

Gunæthetici talus ii ſunt, quos homines quodammodo adſcripititii incolunt, nullam ulterius expectantes mercedem, quam quæ ex ipſo ſaltu colligitur : ex γυνὴ locum habitandum conſitum, & θαμὸς *mercenarius.* Calv.

Gunianes, Plin. *A precious ſtone that is ſuppoſed to work revenge upon an Enemy.*

Gurdus, di ; m. Quint. 1. 9. *A fool.* βλάξ, μωρός.

Gurdus, a, um ; Vet. Dict. ſtolidus : vox eſt Hiſp. Gell. 16. 7. Mart. ערוד *onager.* Arab. ך *y garrire. Fooliſh, or unwiſe.*

Gurges, itis ; m. ex Gula vel Gutture ; al. quòd *gulæ* inſtar ad ſe trahit, ac devorat : al. à *gyrando*, Perot. Bec. ex ſono vel murmure aquarum. Virg. *Clauſo ſit gurgite murmur* : Ab Heb. גר, *traxit* per quem murmurat aqua : *Sinus, profundus, ſubſt.* Ponitur per Metaph. pro Inſatiabili. *A deep pit in a water, a whirlepit, a gulf, ſometime the ſtream or the whirling rage of the Sea.* Metaph. *A malicious man ſtowing with all wickedneſs : a riotous ſpender, one that cannot be ſatisfied, a glutton.* Mart. quòdibi aqua in *gyrum* agatur.

Gurgitinus, a, um ; adj. *Of or belonging to a ſtream.*

Gurgitivus, a, um. *Belonging to a gulf.*

Gurgito, as, avi, are ; ἐμφορέομαι, Gloſſ. i. ſatio. *To ſwallow*, Mart.

Gurguleon, V. Staphyle, & Gurgareon.

Gurgulio, onis ; idem quod Curculio, ex ἀγγελεύω. Iſid. 11. 1. à *gutture* : caruncula quædam in fine palati ad fauces dependens, aliter *columella* dict. *The throat pipe.* Mart. *Gurgulio* quaſi *gurgurio*, à Gr. ἀγγελεύω, ex Heb. גרגר, *guttur* : πρωξ. *Alſo a kind of worm.*

Gurgus, a, um. *Somewhat ſwift.* Gloſſ.

Gurguſtiolum, item Gurguſtulum. *A very little ſtrait lodging.*

Gurguſtium, ii ; n. & Gurguſtum ; genus habitationis anguſtum, à *gurgulio* dict. Perot. à *gurgulione* verme, ex Feſt. Mart. ab anguſtia gurgulionis : olaſidion. *A ſlender dwelling houſe or ſheepherds cottage : a narrow room, a cabine.*

Gurpire & Guerpere, pro Dimittere, Cerd.

Gurrire, Apul. luſciniarum proprium.

Guſtabilis, le ; & guſtabilior, us. *Of a better taſte*, Cerd.

Guſtaldus ; præfectus, cuſtos, actor, Calv. ex Feud.

Guſtarium ; βυκκίζω. *Guſtare*, βυκκίσσω, eſt bucceam ſumere.

Guſtarius, rii ; m. *A taſter.*

Guſtatio, onis ; f. Petr. *Antecæna* Apuleio, *Antecurſoria potio* Ammian. Libamenta præcurſoria : ἀπόγευμα γεύσεως, γλῶσσις. *A taſting.*

Guſtatorium, ii, n. Plin. γλωσσίδιον, ἀπόγευμα, ὄψον : ex Guſto. *A place where men were wont to banquet : alſo a cup to taſte in ; alſo a certain kind of hollow ſtone.*

Guſtatus, a, um ; part. Plin. *Taſted.*

Guſtatus, ûs ; m. verb. γεῦσις. *A taſt.*

Guſtito, as ; freq. à Guſto. *To taſte often.*

Guſto, as ; ex γλῶσμαι, γλῶσσα, inde *guſto*, linguâ exploro ſaporem : item Linguâ attingo edendi & bibendi cauſâ, unde noſtrum **Taſte.** Eſt autem γλῶσσα id *quod guſtu percipi poteſt. To taſte : alſo to have a little knowledge or ſmell of a matter : Alſo to attain to a mean.*

Guſtulum, γλωσσίδιον. *A bit, morſel or taſte.* Dulce & amarum guſtulum, *A bitter ſweet taſte of a thing*, Apul. *Alſo a light pittance*, Apul.

Guſtum : Cap. 5. lib. 4. Apitii de Re culinaria eſt *De guſtis.* Gloſſ. *Guſtum*, γεῦμα, i. *id quod guſtatur.* V. Mart. & Meurſ. *A taſte, a guſt of drink.*

Guſtus, ûs ; m. Gr. γεῦσις, γλῶσσις. *The ſence of taſting, a taſte.*

Gutta, æ ; f. γαλὼν, γαλαγμὸς. χεῖδ, qu. *chaſta. Gutta*, χυτὸς, à χέω *fundo*, Bec. Alii ex *guttur.* MS. *Gutta* qu. *gluta*, i. *glutinoſa. A drop of any liquid matter : very little : alſo the ſame that* Ammoniacum : *a ſpot in precious Stones*, Plin.

Guttæ, arum ; f. Vitruv. *Things put under* Triglyphi, *or three furrowed gravings in faſhion of a top turned upſide down.*

Guttamen, Inis ; n. leg. & Guttatorium. *A drop : a place where droppings do fall.*

Guttans, tis ; particip. Plin. l. 20. c. 8. γαλάζων. *Dropping, diſtilling, falling by drops.*

Guttatim, adv. Plaut. κατὰ γαλόνα. *By drops, one drop after another.*

Guttâtus, a, um ; Mart. γαλαχθεὶς, γιγμαντώδης. *Having as it were drops in it, ſpotted here and there with certain ſpecks like drops.* Equus guttatus, Pallad. i. albus nigris intervenientibus punctis, Iſid. 11. 1.

Gutterna, æ ; f. infirmitas gutturis, quæ ſolet cum inflatione gutturis evenire, Avicen.

Guttia, æ ; f. Cucurbita, Gloſſ.

Guttim, obſolet. adv. *By drops*, pro Guttatim.

Guttito, as ; freq. à Gutto. *To drop often.*

Gutto, as ; guttatim ſtillo. *To drop, to fall in drops.*

Guttoſus, a, um ; adj. Plenus guttis.

Guttula, æ ; f. dim. Plaut. γαλάδιον, μικρὸς γαλαγμός. *A little drop.*

Guttulus, li ; m. dim. à Guttus, Plaut. ἀγγελάδιον, ἀγγελεῖον. *A little cruſt.*

Guttur, ûris ; neutr. Veteribus etiam maſc. gen. *Et ventrem & gutturem eadem*, Lucil. qu. *gulutter* : anima communis, Plin. canna pulmonis, & aſpera arteria, λάρυγξ, βρόγχος, φάρυγξ. Sed miſſis aliis conjecturis, vera ex גרון, vel גרגרת, fortaſſe ex ſono glutientis. Feſt. à *Gula*, al. à *garrio*, quia inde garritus procedit. Mart. quaſi גרף, quia voces *fundit*, à χέω vel à *gutta*, quia voces ſunt quaſi Gutta fluentis ſermonis. Gutturem inferiorem, i. anum vel culum, Plaut.

Gutturia : dolor articulorum, Cerd.

Gutturilla. *A victualing houſe or alehouſe.*

Gutturnium, ἀγγεῖον : vas ex quo aqua in manus datur ; ab eo quòd propter oris anguſtiam *guttatim* fluat, Feſt. *A laver.*

Gutturoſus, a, um ; Dig. al. Gutturnoſus ; gutturi, vel gulæ deditus. *Frothroated* : ὁ τὸν φάρυγγα ὑγρὸν, ὁ βρογχοκήλην πάσχων. *That have a wide throat, wide throated* : *alſo he that have the diſeaſe called* Bronchocele.

Guttus, ti ; m. Plin. dict. à Gutta, quòd propter colli anguſtiam humor indè *guttatim* fluëret : ἀγγεῖον, ὑδρία. *A cruſe or other like thing : an oyl glaſs or veſſel : a laver or ewer. A little Cruſe of unguent or ſweet oyles, which they carried in the haynes, to bedrop themſelves withal. Alſo a narrow-necke veſſel, out of which the wine iſſued by drops*, Var. *An eye-cruſe for their ſallets*, (Gell. 17. 8.) *made of* Samian *earth oftentimes*, Γῆ ἣν καλοῦσι σάμιον, Suidas.

Gutum, ti ; n. Gloſſ. *Pottage of peaſe or rice.*

Guturnum, ni ; Gloſſ. *A veſſel that is made of a fiſh ſhell.*

Guvia, vel Guina, vel Guva ; vas vitreum vel cucurbita, quod *venoſa* dicitur, & videtur dici à *gula*, quaſi gulioſa in ſanguine accipiendo : vide Mart. *Guva, ventricoſa*, Cerd. in Gloſſ. Iſid.

G ante Y

Gygarthus : V. Gyrgathus.

Gymnas, ădis ; f. γυμὰς · exercitationi dedita, qualis eſt palæſtria. Subſtantivè exercitatio gymnica, à γυμάζω *exerceo*, ex γυμὸς *nudus*, quòd nudi ſe exercebant, Stup. *Exerciſe.*

Gymnăſiarchia, æ ; Græc. Gymnaſiorum præfectura, Mod. *The office of over-ſeeing, and ordering ſuch places of exerciſe and exerciſes.*

Gymnaſiarchus, i ; vel Gymnaſiarcha ; m. γυμνασιάρχης · præſes Gymnaſii. *A chief School-maſter, a reſtor, guid or governour of a School, a Principal or Head of a Colledg : the maſter of the wreſtling, or he that was the principal ruler of that game.*

Gymnaſiolum, li ; n. dimin. *A little School.*

Gymnaſium, ii ; n. Plaur. γυμνάσιον, ἀπὸ τῶ γυμάζειν, h. e. *ab exercendo*, ex γυμὸς *nudus*, unde apud Veteres locus ille, in quibus palæſtritæ nudi exercebantur, peculiari nomine *Gymnaſia* vocata ſunt : verùm poſtea *Gymnaſium* pro Ludo literario, quòd in eo exerceantur ingenia, & pro omni loco, in quo ſit

all.

aliquod genus exercitationis ſumi cœpit. *A place where wreſtlers or other champions did exerciſe their ſtrength, in trying maſteries and feats of activities: a School: a Colledg or Hall in an Univerſity.*

Gymnaſta vel Gymnaſtes; γυμναστὴς. Jun. Ἀπὸ τῶ γυμνάζειν. *He that teacheth children to exerciſe wreſtling: the maſter of the game of wreſtling.*

Gymnaſteum, ſtei. *The act or exerciſe, exerciſing.*

Gymnaſtica; ſc. ars exercitatoria.

Gymnaſticus, a, um; adj. γυμναστικός. *quod pertinet ad exercitationem,* Plaut. *That belongeth to the place or art of exerciſe.*

Gymnicus, a, um; adj. idem: unde *Gymnici ludi* dicti ſunt, in quibus ſe nudi atque uncti exercebant palæſtritæ; ἀγῶνες γυμνικοί, Genera gymnicorum quinque; Saltus, Curſus, Jactus, Virtus, atque Luctatio.

Gymnologizo, γυμνολογίζω. *To diſpute naked, or like the Indian Philoſophers.*

Gymnoſophiſtæ, Græc. Ægyptiorum & Æthiopum philoſophi, ut Indorum Brachmanæ vel Brachmanes: ſic dicti quòd nudi in ſylvis agerent, γυμνοσοφισταί.

Gymnus, Gr. γυμνός. *Naked or uncloathed.*

Gynæcanthe, es; f. Vide Apronia.

Gynæceum, cei; vel Gynæcium, ii; γυναικεῖον, locus ſecretior in ædibus, ubi ſolæ mulieres degebant, a voce γυνὴ, i. mulier nomen obtinuit. *A ſeveral room for women, wherein they gave themſelves to weaving and ſpinning: a nourcery or place where only women abide.* Gynæciorum procuratores, *Overſeers of the* Gynæcia *or work-houſes of ſpinners or ſuch like, for the Emperours cloathes. They were under* Comes ſacrarum largitionum, Notitia.

Gynæciæ; mulierum paſſiones, Stup.

Gynæciarius; ad gynæcium pertinens.

Gynæciarii, Alc. *They that be together in any ſuch room with women; alſo the baſe ſort of handicrafts men.*

Gynæcoſmi & Gynæconomi vocab. qui de mulierum ornatu ſtatuebant, né alla ipſarum ſe quicquam indignum faceret, utque ſingulæ pro ratione cenſûs & facultatum indicerentur, Calv. ex Poſtello de Magiſt. Athen.

Gynæcocratia, dominium uxorium; Gynæcocratumeni, qui ſub uxoris imperio vivunt.

Gynæcomanes, m. Gloſſ. γυναικομανὴς. *He that is mad after women.*

Gynæcomaſton. *A ſwelling and growing of fleſh in womens breaſts.*

Gynæcomites, *Companions of Women or ſuch as do wait upon them.*

Gynæcona. *A place in the church where women did ſit,* Cerd.

Gynæconitis, Æmil. *An inward room in the houſe, where women lived.*

Gynæconomus, Græc. γυναικονόμος. *He that hath the charge to overſee that women exceeded not in their attire,* Cal.

Gynæfilus vel Gynæphilus, li; m. *A lover of women, an amorous perſon.*

Gypſatio, f. Apoll. *A plaiſtering or pargetting.*

Gypſator, oris; m. Aug. *He that whiteth.*

Gypſatus, a, um; adj. gypſo illitus, γυψωτὸς, Col. *Plaſtered, pargetted.* Gypſata manus, *A white hand, or after ſome, a deceitful hand: lime-fingers.* Gypſatiſſimis manibus, *With lilly white-hands,* Cic.

Gypſeus; idem quod Gypſator.

Gypſcus, a, um; adj. ex Gypſo.

Gypſo, as; Tibull. *To plaiſter.* γύψω.

Gypſor, aris; Aug. *To be whited or plaiſtered over.*

Gypſum, ſi; n. γύψος. Etym. οἱονεὶ γύπτος τις ὢσα, ἀ ἐψήθησαν γῆ. Plin. *Gypſum*, ex γῆ *terra* & ἑψω *coquo*, quòd à terra, ſeu lapidibus, terræ velut oſſibus, coquatur. Arab. גבס vel גבסם *gypſum*, Mart. *Parget, lime plaiſter.* Proculeius, in maximo ſtomachi dolore, gypſo poto conſcivit ſibi mortem, Plin. 36. 24.

Gypſum vel Gypſus; γύψος. Plin. *A plaiſtering in mortar.*

Gyraculum, i; n. Medull. Gram. *A whirligig.*

Gyrapha; camelopardus, Geſn.

Gyratilis, le. *That will turn*; ut, Cos gyratilis, Jun. *A grind-ſtone.*

Gyratio, f. Cell. *A turning about or dizzineſs.*

Gyrator, m. Frag. Poët. *He that turneth or reeleth about.*

Gyratus, a, um; adj. Plin. γυρωτὸς, γυρωτέος. *Turned about.*

Gyrgathus, γύργαθος ex γυρὸς & ἄγλη, Jun. *A place where mad folks, or ſuch as have the leproſie be kept in: alſo a bed wherin they fling and tumble being bound.*

Gyrgillum; idem quod Girgillus.

Gyrinus, ni; m. à Gyro, propter rotunditatem: γυρῖνος Arato: V. Plin. 8. 51. *A tadpole: a frog.*

Gyro, as; γυρόω. *To compaſs.*

Gyror, aris. *To be turned about,* Pacuv.

Gyroſus, a, um; Cell. γυρώδης. *That hath the falling-ſickneſs or dizzineſs, full of turning.*

Gyrovăgus, gi; m. i. inſtabilis, in gyrum vagans. *Wandring round about.* V. Cerd.

Gyrunculum. *A gueguand for children to play with.*

Gyrus, ri; m. p. l. γῦρος, Virg. à γυρὸς curvus. *A circuit or compaſs, a caviere. A bound or end of a courſe or race:* Præſcriptos evecta eſt pagina gyros, Propert. *Alſo the turning about after the courſe is ended of an Orb or Star.* Catul.

H *ante* A

HElementum *aſpiratio* dicitur. H finalis in ſyllaba eſſe non poteſt, præterquam in *ah*, & *vah*, Interjectionibus, quæ per Apocopen dict. pro *aha* & *vaha*. Jungitur vocalibus omnibus, at antiquitus iis ſolummodo, nunc quatuor etiam conſon. nempe, *c.* ut *Chermes*, *p.* ut *Philippus*, *r.* ut *Pyrrhus*, *t.* ut *Thraſo*.

H in multis ſucceſſit literæ *f.* nam quod Veteres *fordeum*, *fadus*, *fariolus* diceb. nunc *hordeum*, *hodus*, *hariolus* dic. Ter. Scaur. 11. de Orthograph.

H. in notis antiq. *honeſtus*, vel *hic* vel *hoc*, vel *hæredes*, vel *hæc*, vel *homo*, vel *habet*, vel *huic*, vel *hora*, vel *honor*. H.D. *his dedicavit, dedicarunt*, vel *dedicaverunt*. HC.V. *huic vitæ*. H.D.D. *hoc dono datur*. HC.AM.N. *hunc amicum noſtrum*. HC.L. *huic locum*. H. *Hadrianus* vel *hora*.

Ha, interject. corripientis, Plaut. ἆ, ἆ. *Hah, Sirrah: a voice reprehending and warning not to do or not to go on in a thing.* האה eſt Interjectio corripientis ſive admonentis ne quid fiat, néve quis in incœpto progrediatur; הוה dolentis.

Ha, ha, he; interject. risûs, Plaut.

Haba, olim pro Faba.

Habe & Have pro Ave: verbum frequentiſſimum in inſcriptionibus Conſtitutionum Cod. Theod. & Juſtin. V. Cal.

Habēna, æ; f. dict. quòd iis equos *habeamus*, i. teneamus, vel *inhibeamus*: ἡνίοχος, ἀγωγὸς. *The raines of a bridle: a leaſh or thong of leather, whip-cord or ſuch like: power, rule, government.* Habenæ undantes, Virg. *The raines of the bridle ruſtling like waves, when as they are moved or ſhaken by the carter.* Furit immiſſis Vulcanus habenis, Virg. *The fire rageth without all ſtay.* Immittit habenas claſſi, Virg. i. funes nauticos, velo regendo aptos, quia funes ex corio primùm fuiſſe conſtat, Cælius Urbanus; *He looſeth the ſhips or the ropes:* Sic Homerus; Naves ligantur πρυμνοῖσι βόεσσι. ¶ Ad habenam, Ælian. *Faces about to the left:* vide ad Scutum *and* ad Haſtam.

Habenarius, m. *A Coach-man*, Gloſſ. qui regit, vel qui facit habenas.

Habenatus, a, um; part. i. habenâ ornatus. *That hath a rain.*

Habendus, a, um; part. *Which is to be had: to be given: to be reckoned or accounted.*

Habeno, as; antiq. *To bridle.*

Habens, tis; part. *Having.*

Habentia, æ; f. Claud. ἕξις. *Riches, abundance. Craving and having.* Nonn. *Alſo a mans eſtate in goods, his ſubſtance,* τὰ ὑπάρχοντα, Plaut.

Habenŭla, æ; f. Cell. ἡ μικρὰ λεπτὴ ἡνία, τὸ ἡνιοχίδιον. *A little rain, bridle or leaſh.*

Hăbĕo, es, ŭi, ĕre; ex הביא, quòd quæ adduximus habemus; vel ab אהב *dilexit*, vel ab אבה *aveo*, quòd qui habent plus avent, Bec. ab ἀφὶ, ἄπιος, ex יהב חוה *eſſe*, Matt. ἴσχω. Pamphyliorum linguâ, teſte Phavorino, ἄβεις eſt *habes*. Heſych. ἄβεις, ἴσχις. Mart. ab חוה *ens*, Chald. Hebræi, & eis affines gentes verbum *habeo* exprimunt per verbum ſubſtantivum, & pronomen perſonale, ut יש־לי, *eſt mihi*. Nonn. *Habere*, Satis eſſe, tenere, occupare, habitare. ¶ *Habere* verbum eſt generale, & ad dominii jus & poſſeſſionis, atque etiam ad eum qui detentor eſt. ¶ Habere contractum, conventionem, &c. pro Contrahere, tenere, agere, ferre, detinere, occupare, credere, æſtimare, habitare, intelligere. ¶ Habere fruſtra, i. Decipere. ¶ Nihil penſi habere, i. Nihil pendere. ¶ Habere honorem, eſt Honore afficere: Etiam pro Tractare, ſervare, præbere, exhibere. ¶ Habere

iter, eſt Proficiſci. ¶ Habere verba, eſt Loqui. Vide Cal. Calv. Steph. *To have: to hold,* ἔχειν. *To contain: to take, poſſeſs, uſe or occupy: to handle or intreat: to eſteem or ſuppoſe: to dwell, inhabite or abide: to keep: to count or eſteem: to lead or paſs: to be at, of, or in: to know, to underſtand, to be ſure and perſwaded: to bear or ſuffer: to detain: to can or be able: to live: to give.* Habeo dicere, Græciſmus, apud Lucretium, ἔχω μὴ λέγειν. ¶ Habere delectum militum, Jun. *To chooſe or pick out ſouldiers, to muſter.* ¶ Habere gratiam alicui, *To thank.* ¶ Bellè habet, &, Se bellè habet; *He is merry and in good health.* ¶ Se parcè habet, Ter. *He liveth ſparingly.* ¶ Benè habet, Liv. *It is well.* ¶ Pro certo habere, *To know certainly.* ¶ Fidem habere alicui, *To believe or give credit unto.* ¶ Fidem habere apud aliquem, Plin. *To be believed or credited.* ¶ Habere rempub. quæſtui, *To make a gain of the Common-wealth.* ¶ Quid ego agam habeo, Ter. *I know what I have to do.* ¶ Habeo in memoria, Plaut. *I remember.* ¶ Lites cum aliquo habere, *To be in ſuit with.* ¶ Loco patris habere, Brut. &, In loco patris; *To eſteem one as his father.* ¶ Habere mulierem, vel ſcortum; i. Rem habere cum ea, σωϊέναι. Ter. Quis heri Chryſidem habuit? ¶ Habere, *To dwell.* Quæ hic habet? Plaut. *Who dwelleth here?* ¶ Res tuas tibi habe: Formula Repudii. Car. Sigonius.

Habeor, ēris, ēri. *To be worn, as cloaths are: To be accounted.* Veſtis bona quærit haberi, Ovid. *Good garments would be worn:* Unde Habitus, *Apparel.*

Habeſcit, pro Habeat, Cic. 2. de Leg. *Let him have.*

Habilior, comparat. ab Habilis, Quint.

Habĭlis, le; ἁρμόττων, ἁρμόζων. *Fit, apt, handſome, convenient: well made.* Enſis habilis ad pugnam, Liv. Locus habilis pandendis retibus, Plin. *Fit or handſome for.*

Habiliſſimè, Hieronym. *Moſt fit or nimbly.*

Habiliſſimum corpus. *The moſt able or ſoundeſt body,* Celſ.

Habilitas, ātis; f. ἰφαρμογή. *Ableneſs, fineneſs, handſomneſs.*

Habĭlĭter, adverb. Digeſt. ἐπιτηδείως, ἁρμοδίως, ἁρμόζοντως. *Fitly, handſomly,* Paul.

Habilĭtūdo, f. Digeſt. *An hability.*

Habĭtābĭlis, le; οἰκησιμός. *Habitable, that may be dwelled in: alſo inhabited or dwelt in,* Ovid.

Habĭtāculum, li; n. Jun. οἴκημα, οἴκησις. *A dwelling and abiding place: a Cabin.*

Habĭtandus, a, um; part. *Which is to be inhabited or dwelt in.*

Habĭtans, tis; part. Ovid. *Which dwelleth or is dwelling and inhabiting.*

Habĭtātio, ōnis; f. verb. οἴκησις. *An habitation or dwelling.* Habitatio annua, *An yearly houſe-rent.* in Cæſ. Suet.

Habitatiuncula, æ; f. Tertull. *A little dwelling place.*

Habitātor, ōris; m. verb. οἰκήτωρ. *A dweller, an abider, an inhabitant of a place.*

Habitātrix, f. Stat. *She that inhabiteth.*

Hăbĭtātus, a, um; part. Ovid. *Inhabited, dwelt in.*

Habitātus, ûs, ui; Gloſſ. *An habitation.*

Habitio, ōnis; f. Gell. habendi actio, ἕξις. *An having, a poſſeſſing,* &c.

Habitior, ōris; adj. compar. *Handſomely made, that hath a good body and garb.* Siqua paulò eſt habitior, pugilem eſſe aiunt, Ter. *If ſhe be a little more large and groſs then ordinary.*

Habitiſſimus; i. pinguiſſimus, Gell. 4. ult.

Hăbĭto, as; οἰκέω. *To dwell, to inhabite, to live in. Alſo to lodg,* Ovid. *to do a thing often, or be alwaies converſant in.* Ex habeo, freq. i. frequenter habere. Sylvis habitare, Ovid. *To dwell in the woods.* ¶ Caſas humiles habitare, Virg. *To dwell in poor cottages.* ¶ Apud aliquem, Ter. &, Cum aliquo habitare, *To dwell with.* ¶ In domo, vel ſub terra habitare, *To dwell in or under.*

Habĭtor, aris. *To be inhabited.* Arabia Eudæmon habitatur, Plin.

Habĭtor, oris; m. Solin. *An inhabitant.* V. Habitator.

Habitudinarius, a, um. *He that hath an habite in any thing.*

Habitūdo, ĭnis; f. ἕξις. *The ſtate, plight, liking or diſpoſition of a body: reſpect.* Longo morbo ad habitudinem redactis ſubveni, Plin. i. ad Hecticam.

Habĭtūrus, a, um; part. Ovid. *Which ſhall have, or ought to have.*

Hăbĭtus, a, um; part. ἐχόμενος. *Had, counted, eſteemed: done, given, kept, aſſembled: uſed, affected, diſpoſed.* Malè habitum corpus, Celſ. Temerè habitus æger, *Not well tended, or not rightly uſed in cure,* Celſ.

Habitus, a, um; ior, iſſimus. *Fat, well liking, in good plight.*

Habitus, ûs; m. qualitas & ſtatus, qui *habetur*; vel qualitas & forma corporis, & cujuſcunque rei; ἕξις, χρῶμα. Uſitatè *habitum* vocamus potentiam crebris actionibus comparatam. *Habitus* (Iſid.) ab *habendo* aliquid dictus, ut Habere ſcientiam mente, virtutem in corpore, circa corpus veſtimentum, &c. *Habitus* eſt etiam corpus noſtri ſtructura & conſtitutio, & compoſitio, quâ ratione dicimus, Corpus eſſe *habitûs ſolidi* & *compacti* vel *rari*; cujus ratione etiam corpus rarum facilè evaporatur, & ſyncopen incurrit; Habitûs verò denſioris in morbis cunctanter diutiúſque laborat, Galen. 2. De rat. vict. 47. Præterea *habitûs* nomen uſurpamus de omni re quæ conſtans eſt, & ægrè amovetur, unde & ſanitatem bonam *habitum* dicimus. *The form, ſtate, feature, faſhion, manner, diſpoſition or quality of the body or mind: the bodies attire, furniture, apparel.* Corpus mali habitûs, *Of an evil conſtitution, or a craſy, ſickly and diſeaſed body: a miſtaking of the body: a puffing of it up with a diſpoſition to the dropſie:* κακοξία, Celſ.

Habramis. V. Abramis.

Hâc, adverb. motûs per locum, Ter. ταύτῃ, τῇδε, τηδί. *By this place: alſo that way.*

Haceldama; ex חקל ager (ex חלק ager ab aliis diviſus) à חרם dividere, & דמא ex דם ſanguis. *A field of blood.*

Hactĕnus, adv. *tenus hac,* i. hac parte tenus: adverbium temporis & loci. Maximè finem terminúmque ſignificat, Non. 4. μέχρι τοῦδε, εἰς τοῦτο. *By this place, hitherto, thus much, thus far, to this time.* Aliq. pro Ità, adeò, ſeu in tantum.

Hadria, æ; f. *The Sea, or a boſom or gulf of the Sea*; *the* Adriatick *Sea.*

Hădrŏbŏlum, Gr. Plin. 12. 9. ἀδρόβολον· dict. à glebarum craſſitudine; nam ἀδρὸν *craſſum,* & *plenum* appell. βῶλος gleba. *A kind of ſweet ſmelling gum in* Media.

Hadros, ἀδρός· adultus, plenus, vel maturus. *Plentiful or ripe.*

Hădrŏſphærum, Gr. Plin. 13. 12. à folii amplitudine ita dict. ἀδροσφαῖρον. *A kind of Spikenard having a broad leaf.*

Hæc, f. ab Hic.

Hædera, &c. Vide Hedera.

Hæderācea, æ; f. *A garland of Ivy.*

Hæderarius flexus; vid: Glandulos aſſiſtentes.

Hædi. *Certain Stars,* Coop.

Hædus. Vide Hœdus.

Hælvolæ. *A kind of Grapes between purple and black,* Coop.

Hæma, αἷμα, *ſanguis.*

Hæmachātes, Græc. Plin. dict. quòd *ſanguinis* colorem refert. *A kind of Achate or blood-colored ſtone,* Plin. 37. 10.

Hæmachia, æ; f. *A bloody fight.*

Hæmăgōgus, ſanguinem ducens; αἱμαγωγός.

Noli me tangere. A kind of Mercury ſo called, becauſe the ſeed thereof being ripe, ſpurteth and ſkippeth away ſo ſoon as it is touched: alſo a diſeaſe or ſore ſo called.

Nolo, Non vis, Non vult, plur. Nolumus, Non vultis, Nolunt; Infinit. Nollĕ; ἀβουλομαι, ἀθέλω. To will or to be unwilling.

Noma, vel Nomanum, & Nomus; νομὸς & Nomia, νομία. A law.

Nomæ, æarum; f. Plin. νομαὶ, τὰ νόμιον τῶν ἑλκῶν, ſerpentia ulcera. Painful ſores, which by creeping on, do eat and conſume the body.

Nomarcha, æ; m. νομάρχης· qui certo nomo præeſt. He that hath the preeminence in the adminiſtration of the Laws, as a Mayor or other like officers.

Nomarchia, æ; f. νομαρχία· pro nomo, i. vel præfectura, vel regione.

Nomas; paſchalis, gregalis; νομὰς· abſolutè, pro Numidica gallina.

Nōmen, Inis; n. ex ὄνομα, ex ὀνομαίνω, quòd notitiam facit: imago quædam, quâ quid noſcitur; vel quaſi notamen. Nomen alii à Noto, ut Momen à motu, Stramen à ſtrato. Feſt. quaſi novimen, & Seal. LL. cap. 76. ὄνομα. Nomen, vocabulum proprium quo rem appellamus, 2. Vocabulum quodlibet, quo aliquid intelligibile vel intellectum efferimus, 3. Id quod nomine exprimitur, ſive perſona ſive res. 4. Ipſa familia. 5. Decus, dignitas, fama, exiſtimatio, honor, cultus. 6. Autoritas, jus, poteſtas, & omnino cauſa ex qua agi poteſt; nempe Nomen pro eo quod nominatur. 7. Actus ipſe poteſtatis, ut mandatum. 8. Cauſa. 9. Debitor, in rationario ſcil. nominatus. 10. Ipſum Debitum, tum quod nos debemus, tum quod nobis debetur: quia debitum annotatur debitoris ſimul nomine expreſſo. In logicis Nomen eſt Subjectum categoricæ Propoſitionis; in Gram. Nota rei permanentis, Mart. A name, honor, authority, renown, fame, bruit: a title or item of ones accounts, reckonings or other writings: a debt or debtor: that which we owe or is owing to us: alſo a noun, Quint. a nation or ſtock, Virg. Nomine. For conſideration, cauſe or pretence. Nomen dare militiæ, To take preſt-money and be enrolled. ¶ Nomina exigere, To call in debts, Cic.

Nomenclatio, onis; f. ὀνομασία, ὀνοματολογία. The numbring of names or ſirnames of ſundry things.

Nomenclator, vel Nomenculator, oris; m. à nomine calando, i. vocando. Nomenclator, quaſi calator nominis: ὀνομαστικὸς, ὀνομακλήτωρ, ὀνομάλογος, fartor, quia clam velut inferciret ſalutatorum nomina in aurem candidati, Feſt. He that knoweth the names of things, and calleth them thereby, a Beadle, or ſuch like Officer, To whom it belongeth to know by heart the names, offices and crafts of all the citizens, thereby to inſtruct ſuch as among the Romans did ſtand and labor for any office, that they might ſpeak to them more gently.

Nŏmenclātūra, æ; f. Plin. vide Nomenclatio.

Nomia, dea paſtorum, Palis.

Nomia, lex; Nomius, a, um; legalis, paſtoralis, à νόμος lex, vel paſcuum, à νέμω.

Nomicolæ, i. noncolæ, nomiculæ; tuberculæ, quæ ſub mento capræ ſunt. Feſt.

Nomicus, a, um; νομικός.

Nominus, a, um; adj. Cal. νομικὸς. *Lawful.*

Nominalia; diēs quo nomina imponebantur infantibus. Mart. ex Gloss. ὀνομαστήρια, ὀνομαστὰ Διός. Imponi nomen apud Græcos solet fere die septimo, apud Athen. decimo, apud Rom. octavo, Martiis nono, fœminis octavo. Voss.

Nominalis, nomen est censûs Grammatici, Diom. ad nomen pertinens.

Nominaliter, adv. V. Nominatim.

Nōmĭnārius, ii. *A learner able to spell a whole word, and to pronounce the same.* Hier.

Nōmĭnātim, adv. ὀνομαστὶ, ὀνόματος κλῆσιν. *By name, namely, expresly and particularly.*

Nōminatio, onis; f. verb. ὀνομασία, ὀνομασωνυμία. *A naming or appointing. a nomination.*

Nominatissimus, a, um; Plin. *Most famous.*

Nominativus, a, um; ὀνομαστικὸς, (scil casus, πτῶσις· prima terminatio nominis quod declinatur, ex qua cæteræ caduntur. dict. quòd nominativo res nominantur directè. Nocatur & Rectus: V. Scal. LL. cap. 8. *The Nominative case.*

Nominator, ōris; m. Ulp. *He that nameth or appointeth,* ὀνομαστὴς: vide Nomenclator.

Nominātus, a, um; ὀνομαστὸς, καλούμενος. *Named, called; also renowned, famous.* ἀξιόλογος.

Nōmĭnĭto, as; freq. Lucret. συχνὰ ὀνομάζω. *To name often.*

Nōmĭno, as; ὀνομάζω. *To name or appoint, to speak or make mention of, to call by name.*

Nominōsus, a, um; καλὸς. *Famous.* Isid. Gloss.

Nomisma, ătis. vide Numisma.

Nomius, νόμιος· pastoralis.

Nomocanon. *A table of the laws and canons.* Cerd.

Nomŏdidactes, æ. *He that teacheth the law.*

Nomŏdidascalus, νομοδιδάσκαλος, legis doctor.

Nomŏphylacium, ii; n. νομοφυλακεῖον. *The Chancery or Rolls.*

Nomŏphylax, acis; m. νομοφύλαξ. *He that hath the custody of books wherein laws be written.*

Nomos, Gr. νόμος, Plin. *lex*; ex νέμω rego; est enim regula vitæ & morum; vel à νέμω tribuo; docet enim suum cuique tribuere. Est etiam νόμος modus certus in Musicis, certa modulatio. Est etiam νομὸς præfectura, regio cujus est certus præfectus & administrator, ex νέμω divido. *A jurisdiction or majority: a law: a county or shire, a territory about some city, as* Arsinoites Nomos, *and* Memphites, Plin. Suetonius, in Nerone, *puts* Nomos *for a Song sung to an Instrument.* Nec ante cantare destitit, quàm inchoatum absolveret nomon.

Nomotheta, vel Nomothetes, æ; m. νομοθέτης, qui νόμον τίθησι. *A law-maker.*

Non, adv. negandi. Quandoque pro Non modò non, vel Nedum. Aliquando pro Non solum; item pro Non tam: ex οὐ, οὐ vel οὐκ, μή. *No, nor, not.* Non, pro Nec-ne. Non, cum negationi præponitur, affirmat; ut, Nonnihil tibi debeo, i. Aliquid tibi debeo: cùm verò postponitur, magis affirmat; ut si dixero; Nihilnon tibi debeo, signif. Omnia tibi debeo. V. Calv.

Nona, & Decima, & Morta; nomina Parcarum, Gellii 3. 16.

Nonæ, arum; f. *Nones* à nova luna, qd in eas concurreret principium lunæ. Alii qd fuerint initium *novæ* observationis, sicut Rut. scribit, Romanos instituisse Nundinas, ut octo quidem diebus in agris Rustici opus facerent. Nono autem die, intermisso rure, ad mercatum legésque accipiendas Romam venirent. Al. quòd ab eo die semper ad idus, *novem* dies putentur. Al. quòd ut Novus annus Kalendæ Januariæ à novo Sole appellatæ, novus mensis, nova luna Nonæ. Var. Nonæ sex in Martio, Maio, Junio & Octobri, quatuor in reliquis. Nonæ sunt dies qui proximè sequuntur Calendas: νόναι, γόνιαι. *The Nones of every month, because from that day nine are counted to the Ides: they are the first days after the Kalends, that is to say, after the first day of the month. In* March, May, June *and* October *there be six, but in all the other months but four.*

Nonagecuplus, a, um; & Nonagecuplex, icis. *Four score and ten times double.*

Nonagenarius, a, um; Plin. nonaginta annos genitus, ἐνενηκονταετὴς, ἐνενηκοντούτης. *Four score and ten years of age; the 90th.*

Nonageni, æ, a; ἐνενήκοντα. *Ninety.*

Nonagesimus, a, um; ultimus ex nonaginta, ἐνενηκοστὸς. *The ninetieth.*

Nonagies, adv. ex Nonaginta: ἐνενηκοντάκις. *Four score and ten times.*

Nonaginta, adv. Plaut. Vide Viginti: ἐνενήκοντα. *Ninety, four score and ten.*

Nonani, Tac. *Souldiers of the 9th legion.*

Nonarius, a, um; ἐνατιαῖος. *Of nine.* Meretrices nonariæ, Pers. *Common harlots using as nine of the clock to open their houses, and to let men come to them.* Dict. quòd non nisi à nona hora liceret calibus prostare; Alii, quòd ad nonam usque dormirent.

Nonasses vel Nonussis, Var. novem assium nummus. *The weight of nine pound.*

Noncolæ, arum; f. Fest. papillæ quæ ex faucibus capratum pendent. V. Noncolæ.

Noncuplex, icis; adj. *Nine fold, or of nine sorts.*

Noncuplus, a, ũ; adj. *Nine times so much.*

Nondum, adv. ἔτω, μηδέπω, i. Non jam, adhuc non. *Not yet, not as yet.*

Noneolæ quidam leg. pro Neocolæ, Isid. Nonicolæ. Mart. vulc legi Mamillæ.

Nongenarius, a, um; adj. ἐνακοσιοστὸς. *Of or concerning nine hundred.*

Nongentesimus, a, um. *The 9 hundredth.*

Nongenti, æ, a; plur. quasi *noningenti*; idem quod Novies centum: ἐνακόσιοι. *Nine hundred.* Nongenti vocabantur ex omnibus selecti ad Custodiendas cistas suffragiorum in Comitiis. Et alius se Nongentum, alius Selectum appellavit, Plin. *They that were chosen to keep the boxes of the suffrages at the great elections of* Rome.

Nongenties, adv. ἐνακοσιάκις. *Nine hundred times.*

Noningenti, per Syncopen Nongenti, & Noningemi, per Syncopen Nongeni.

Nonna, æ; f. Jun. vide Parus minor. Nonna etiam à Nonnus. *Castæ vocantur & nonnæ*, Hier. monacha virgo, Cerd. *A Nun.*

Nonne, adv. interrog. οὐκ, οὐχ ἆρα, ἆρα οὐ, μῶν οὐ. *Is it not so?*

Nonnihil, n. indecl. τί. *Somwhat, a little.*

Nonnula. *A net to catch birds,* H. Gloss.

Nonnullus, a, um; adj. τὶς. *Some man or woman, something, a little.*

Nonnunquam, adv. ἐνίοτε, ποτὲ, *sometime, other while, now and then, sometimes, in some place.*

Nonnus, ex νοεῖν meditari. *A Monk also the name of a Poet.* Alfred.

Nonnusquam, adv. Plin. ἐνίοχ. *Some place.*

Nōnuncium, ii; n. Fest. *The weight of nine ounces.*

Nonus, a, um; adj. contract. ex Novenus: ex Novem; ἔνατος. *The ninth.*

Nonussis; V. Nonassis; novem assium nummus.

Norax; peccator. Mart. leg. Varr.

Norma, æ; f. γνώμων, κανὼν, ex γνόω quod sit quasi *lex*. Mart. *Norma* ex Varr. est enim instrumentum *norandi*, i. noscendi aliquid, à γνώμων vel γνῶμα. Sic γνώμων, ex γνόω, Scal. LL. 36. γνῶμα *norma*, quia sc. facit γνώσιν, i. vel quasi *gnorma*, per Syncopen, à γνόω. *A rule or square, a rule and square, level and line, a law, a form, a prescript.*

Normalis, le; Quint. κανονικὸς, κατὰ γνώμονα· & Normatus, a, um; Col. μετρούμενος. *Right, by the rule, made by square or rule.* Normalis linea, Mart. κανονικὴ· *A perpendicular line:* apud Agrimensores linea quæ latus quadrati claudit ad angulos rectos. Solino γνωμονικὴ. Gloss. Normalis angulus, Quint. ἐπὶ γωνία· *A right angle.*

Normaliter, adv. Am. Marcel. *By line and level,* κανονικῶς.

Normatus, a, um; adj Col. *Made by a rule.*

Normŭla, æ; f. *A little rule.*

Noro, as; Col. *To know:* ex Novi pro Novero.

Nos, Nostrum vel Nostri, Nobis; plur. à nominat. Ego, ναί Heb. νῶι, νῶ· quibus *nos*. Dosit. Can. ex Syr. *Anu*, vel νῶ ἡμεῖς.

Noscitabundus, a, um; Gel. 15. 14. γνώστης· *Knowing, desiring to know.*

Noscito, as; Plaut. διαγινώσκω. *To desire to know, to consider to the end to know.*

Nosco, is, novi, tum, ere; Scal. ad Var. Antiquitus erat *Gnosco, gnatus* à γνόω, Scal. LL. *Nosco* non fuit primigenia, sed γνίνωμι, fuit γνόω, γνοῖ. Sed & *Nosse* tanquã à *Noo*, ex νοῦ. Buseus ex νοῦ *novisse*. Et V. Mart. γνώσκω, εἶδω. *To know to be skilful in, to discern, to perceive.* Voveré nosse Coire, Plin. Quam tu nè facie quidem novisti, *Whom thou knewest not so much as by sight.* Novimus nos inter nos, Ter. *We know one another.* ¶ Novi omnia tecum, Ter. *I knew all as well as thy self.* Nosse se ipsum; Chilonis præceptum, Plin.

Noscor, pass. *To be, &c.*

Nosmet, Nosipsi, Nosmetipsi; ἡμεῖς αὐτοὶ. *Our selves.*

Nŏsŏcomion, ii; n. Jun. νοσοκομεῖον. *An hospital or spittle for the sick or diseased,* ex νόσος *morbus*, & κομεῖν *curare.*

Nŏsŏcomus, mi; m. Hier. νοσοκόμος. *The Master of the Hospital or Spittle.*

Noster, stra, strum; pronom. poss. ex Nos, νώ· ἡμέτερος, νωΐτερος. Ut à νῶι νωΐτερος, ità à Nos noster. Aliq. pro Nostras. *Ours.*

Nostrapte, &c. *By our own, &c.* Ter.

Nostras, ātis; adj. ex Noster: ἐγχώριος. *Of our own country or household.*

Nota, æ; f. ex Nosco, γνῶσις: consequunq; rei signum. *Note*, signum quo aliquid noscitur; ut Gr. γνώσημα, ergò à Notu vel à Noto. Mart. *Nota* pro Cicatrice, quæ est nota vulneris, stigma. Item pro Interpre-

...mo, quo aliquid explica-
...ndo & reprehenditur. *Nota* ...
... compendium ἢ τηρηγραφία, ...
... *sigillum*, signum quo ute-
... celeriter aut occulte scripturi, qui
... dicti *Notarii*, Notis scribere, *dia* ...
...γράφειν. V. Turn. 4. 24. Vide & ...
... Cap. 10. σήμειον, σημεῖον, σύμβολον, ...
... *A note, a mark, a sign, a token,* ...
... *a defamation, infamy, rebuke, a* ...
... *known name or report: a reprehension or* ...
... *censure of any writing: a cypher, note or* ...
... *character of that is read or written: al-* ...
... *so, a sum: letter: behavior: sort or fa-* ...
... *shion: also praise,* Ovid. *A judgment or* ...
... *sentence,* Cels. Nos de meliore nota ...
... *recedamus,* Carius ad Cic. *Commend us* ...
... *a man of more honest behavior.* Notæ Threi-
... cæ; vide Puncta victura, apud Veget.
... Per notam scribere, *To write short, by* ...
... *characters.* To have the characteristical pra-
... *ctick,* Suet. Notis excipere velocissimè, ...
... *To write, or to have a ready hand in writ-* ...
... *ing,* Suet. Notarum ancilla perita, ...
... *skilful in short and compendious writing,* ...
... Sen. Marcell.

Nōbilior, bilius, Tac. *More known.*

Nōbilis, bile; σήμειος, γνωτός. ...
... *Noble, known, to be noted or marked, as a* ...
... *great matter: soon and easily discerned.* In ...
... *re* notabile, Quint. *To be reprehended* ...
... *at it.*

Nōbilitas, ātis; f. Plaut. *Excel-* ...
... *lency.*

Nōbiliter, adv. Plin. jun. σημείως, ...
... ἐπιφανῶς, *Notably, evidently.*

Nōtaculum, li; n. Cat. *A mark.*

Nōmen, inis; n. Sil. *A mark, note,* ...
... *sign:* vide Nomen.

Nōtandus, a, um; part. σημειωτέος. ...
... *To be marked or noted as a thing worthy* ...
... *remembrance, to be touched and twitted.*

Notapeliotes, Apul. *The South-east* ...
... *wind.*

Notaria, æ. *Notice or intelligence,* Apul.

Notaria, seu Notariaca expositio est ...
... methodus, quæ per Notas quasdam sive ...
... characterum sive linearum vel puncto-
... rum, divinis Scripturis vel appositas vel ...
... inditas, verborum ac sententiarum ac ...
... earumdem sensuum rationem demonstrat: ...
... vide Sixtum Senensem Biblioth. san-
... ctæ l. 3. c. 1. ex Epiphanio, Hieron. ...
... Isid. &c.

Nōtārium, ii; n. *A note or anno-* ...
... *tation.*

Nōtārius, a, um; adject. Apul. *Worthy to be reprehended, or pertaining to* ...
... *notes.*

Nōtārius, ii; m. Plin. jun. γραμμα-
τεύς, σημειογράφος, qui notis scribit, ...
... ἀπὸ γραφείου. *A clerk or notary,* ...
... *that writeth instruments or pleas, a quick* ...
... *and fort writer, that writeth a letter or* ...
... *more a word.* Notarius secretorum, Vo-
... pisc. *A Secretary,* ὑπομνηματογράφος, *A Secretary.* ...
... Vide Gloss. Isid. bajulus, Mart. l. 14. ...
... Epigr. 17.

Nōtatio, ōnis; f. verb. à Nōto: est ...
... notæ ex origine nominis significa-
... tio. Ramo Nominis interpretatio; alio ...
... nomine Etymologia: à Notando, quòd ...
... rem de qua prædicatur notam faciat: ...
... ἐπίσημον, σημασία, διαλογισμός. *Noting,* ...
... *marking, consideration, advisement.*

Nōtātor, m. Digest. γραμματεῖδιον. *He* ...
... *that noteth.*

Nōtātorium, ii; n. Vitruv. *A mark or* ...
... *note.*

Nōtātus, a, um; part. σημειωθείς, κα-
χαραγμένος. *Marked, noted, considered, observed, known, notorious: also written,* Plin. Notatum in sermone erat quid quoque, &c. Quint. *It is noted and considered in talk, &c.* ¶ Scelere notatus homo, *Famous for his wicked acts.*

Noteo, Onom. Noteico.

Noteſco, is, ĕre; Propert. γνωρίζομαι, διαγινώσκω. *To be known or made known, to become known or acquainted.*

Nōthia, orum; n. Bud. νοθεῖα. *Gifts or substance given to bastards. The bastards portion of his fathers goods:* à Nothus.

Nōthrotes, νωθρότης· torpilla, segnities.

Nōthus, a, um; νόθος. Etym. ex νὴ privat. & θάω, i. γόνιμος. Eustath. ab ὀνὶ, i. *vitupero*, qu. ὀνοτὸς. Vide Fung. copiosè hoc vocab. tract. *Base born, a bastard, not lawful, counterfeit.* Nothus patrem novit, non item Spurius, utpote ex volgivagâ venere conceptus. Mulier notha, Cato. *A gelded man.*

Nōti, & Nōtæ. *Friends of both sexes: long and near acquainted,* Catull.

Notia, æ; Plin. Græc. νότια, imber, humiditas, diluvium. *A precious stone falling down with showers.* Ombria etiam dict.

Notiæos, νωτιαῖος· i. Dorsago, Pollux. *The marrow or pith of the back-bone.*

Nōtificatio, ōnis; f. Digest. γνώρισις. *A notifying.*

Nōtificator, m. Cod. *He that giveth notice.*

Nōtifico, as; avi, are; Ovid. γνωρίζω, δηλόω. *To notifie or make known.*

Nōtio, ōnis; f. Ovid. à Noſco; cognitio, causæ cognitio, i. *cognizance,* jurisdictio: ἔννοια, γνῶσις. *Knowledg, understanding: acquaintance: also the examination or understanding of a cause in judgment,* Tac. *Also a word or term of art in Logick,* νόημα.

Notion, semper vivum, Dioſc. 4. 91.

Nōtĭtia, æ; f. Vitruv. νόησις, γνῶσις, ἐπιστήμη. *Knowledg, understanding, acquaintance. Also a book much like to a Breviary, Rationary or Summary of the Empire: containing an Index of the dignities, as well Civil as Military.* Item amor.

Notities, ei; f. Vitruv. idem.

Nōtius, a, um; νότιος· vel Notinus. *Southern and moist;* ex νότος *auster.*

Nōto, as; σημῶ, χαράττω. *To note, to mark: to reprove, to reprehend, twit or rebuke: to accuse: to perceive or understand: to call or tearm: to discern: to defame or put to rebuke: also to put in writing.* Notare res nominibus novis, *To give new names to things.* ¶ Ceu notamus in muscis, Plin. *As we observe in flies.* ¶ Notare aliud ab alio, Liv. *To discern one thing from another.* Notor, pass. Notari ignominiâ, *To be accused or defamed.*

Notor, ōris; qui aliquid notum facit, sed primariò qui noſcit aliquem, Sen. ep. 39. Qui notorem dat, ignotus est. Sic Petr. Arbiter; *Nisi Notorem dedissem.*

Nōtoria, æ; f. Treb. in Claud. epist. quæ aliquid notum facit, aut scriptum aliquod: ἐνεγγραφή. *An information, ticket, a note of intelligence or notice: a declaration or indictment,* indicium sive delationis causa, μήνυσις; Cod.

Notoria, ōrum; n. plur. Paul. *Tokens or testimonies in accusations or appeachments.*

Notoria, ἀνδρεῖα. Gloss. al. Notaria-
rundria, dorsualia. *A cushion or like thing on ones shoulder to carry burdens on: also an epistle or writing.*

Notorie, adv. δῆλον. *Manifestly.*

Notorium. *A confession or evidence.*

Nōtōrius, a, um; Paul. δῆλος. *Manifest.*

Notozephyrus, m. Apul. νοτοζέφυρος. *The South-east wind.*

Nottis, pro Non vultis, Plaut.

Notula & Notella; dim. ex Nota.

Nōtus, ti; m. Ovid. Auſter Lat. dicitur νότος ab humiditate, quæ vulgò apud Gr. al. νοτερὸν τὸ ὑγρὸν βλάπτειν, quòd sit ventus qui facilè fructus & corpora lædat. *The Southern-wind,* item Dorsum.

Notus, or, issimus; à Noſcor: γνωστός, γνώριμος, ἰδιάζων, *Known, notorious, notable, famous, acquainted: also he that knoweth.* Plaut.

Nŏvācula, æ; f. à Novando, Scal. quòd faciem quodammodo novam facit; al. à Nova acie: ξυρὸς, ξυρεῖον. *A Barbers razor, a knife: A Cut-purse knife.* Stringitur in densa, nec cæca novacula, turba; Martial. *Also a fish.*

Nŏvāle, n. vel Novalis, lis; f. Plin. Novalis ager, à Novando: νειός, νειμή, νεᾶς. Fest. *Novale, ager novæ relictus sementi: terra proscissa, quæ anno cessat,* Var. ager restibilis. *Land sown every other year, or land newly eared to be sown, new broken land or fallow.* Dara novalis, Claud. *Resty land.* V. Vervactum.

Novandus, a, um; part. Virg. *To be renewed or altered.*

Nŏvans, tis; part. Virg. καινῶν. *Making new.*

Nŏvātio, onis; f. Virg. ἀνακαίνωσις. *A renewing, an altering,* Hottom. Novationem facere, *To renew a bond or bill obligatory,* Scæv. Carol. Sigon.

Nŏvātor, ōris; m. verb. à Novo, Ovid. *He that maketh a thing new, a renewer. A changer of the state, an usurper,* Am. Marcell. νεωτεριστής.

Nŏvātrix, īcis; f. Ovid. *She that reneweth.*

Nŏvātus, a, um; part. νεωθείς. *Made new, renewed and changed, altered.*

Nŏvātus, ûs; m. Varii novatus. *Divers changes and alterations,* Auſon.

Nove, adverb. ad Heren. καινῶς, νεωστί, νεωτερικῶς. *Newly, strangely, in a new sort or manner, contrary to the old fashion and custom,* Plaut.

Novellæ, & Novellæ constitutiones; dict. quia post Codicem erant, atque ita extremæ.

Novellētum, ti; n. Plaut. νεόφυτον. *A late grown vine or vineyard.*

Novellĭtas, Tert. novitas.

Novello, as; Suet. νεάω, νεόω. *To till new ground, to plant new vines.*

Novellus, a, um; dim. à Novus: νεόφυτος, νεοχμός. *Very new, or young growing: new and young trees and plants,* Gallina novella, Col. *A young hen or pullet.* Novellus miles, Tyro: cui opponitur Vetustus, veteranus, vel emeritus. *A new raw souldier,* Veget.

Nŏvem, adj. indecl. plur. ab ἔνια, Canin. Ex *novus* (νέος *ultimus*) quia sit ultimus numerus; post enim fit repetitio priorum, ut scitur, & ab unitate in denario capitur initium: vide Becm. *Nine.*

Nŏvember, bris; à Novem, quia nonus à Martio, qui olim apud Romanos ordiebatur annum: *ber* est productio vocis, vel ab *imber*: *volumen*. *The Month of* November.

Novēnarius, a, um; Var. *ἐννεάς*, *ἐννεάμετρος*. *Of nine.*

Novendecies, adverb. Fr. *Nineteen times.*

Nŏvendiālis, le; *ἐννεάτιος*. *Of nine days ſtate or continuance.* Novendiale ſacrum, Liv. *A ſolemnity or ſacrificing at burials, uſed nine days after the party was dead.*

Novendium, ii; n. *ἐννέα ἡμέραι*. *Nine days.*

Nŏvēni, plur. diſtribut. à Novem: ex Novo, ut *ἔννεα* ex *νέα* & *ὀϊ*; Etym. Vat. *Nine.*

Novenāris, n. adject. Gloſſ. *Of nine years old.*

Novenſilis. Var. LL. 4. *Feronia, Minerva, Novenſiles à Sabinis*: vide Propr. Alii leg. Novenſiles, deorum multitudo quibus Pantheum dicatum eſt: à Novitate. *The nine Muſes, or the number of Gods not named or unknown.* Cerd.

Novenus, a, um; adj. à Novem. Etiam Noveña Poët. pro Novem.

Noverca, æ; f. *μητρυιά*. Bec. q. *νέα ἀρχή*, à *nova princeps*, tum enim nova gubernatio œconomiæ incipit; vel ab Hircifco, i. divido, interſepio, i. nova familiæ diviſio: *ἀρχίζειν*, ab *ἀρχή*. Feſt. vel Noverca dicitur, cùm quis liberis ſublatis novam uxorem ducit *accendæ* familiæ causâ, i. *concendæ*; ſic leg. Scal. ad Feſt. *arciendæ*, i. *arceſſendæ*, *accerſendæ* vel *augendæ*. Jul. Scal. à *novum* & *ortum*, quia nova accedit hæreditas. *A ſtep-mother or mother-in-law; alſo hurtful.* Plin.

Novercālis, le; Sen. *μητρυιώδης*, *μητρυιακός*. *Of a ſtep-mother.*

Novercāliter, adverb. & Novercalicus; utraque à Noverca.

Nŏvercor, aris; *μητρυιάζω*. *To play or do like a ſtep-mother.*

Nŏvies, adverb. Plin. *ἐννάκις*. *Nine times.*

Novilunium, ii; n. Apul. *νεομηνία*, tempus quo nova luna fulgere incipit, Mart. *The new Moon.*

Novimeſtris; quod novem menſes durat. *Nine months long.*

Noviſſimè, adv. Plaut. *ἐσχάτως*, *ὕστερον*. *At the laſt, finally, leiſurely and ſlowly, laſt of all.*

Noviſſimus, a, um; *νεώτατος*, *ἔσχατος*. *The laſt, the baſeſt, &c.*

Nŏvĭtas, atis; f. *νέωσις*, *καινότης*. *Newneſs or ſtrangeneſs, novelty, new riſing to worſhip or honor, not by anceſtors; alteration or change in eſtate.* Mundi novitas, Lucret. *The ſpring-time.*

Nŏvĭter, adv. Plin. Jun. *καινῶς*, *νεωστί*. *Newly, lately.*

Novitiolus, parvus novitius, Tert.

Nŏvĭtius, a, um; *νεαρός*. *New begun, come, done or ſet forth; young.* Novitium inventum, *A merry deviſe.* Vinum jejunos bibere novitio invento inutiliſſimum eſt, Plin. Novitia mancipia, iidem qui venales, Quint. Novitii; *Novices*, *Newtericks.*

Nŏvo, as; *νέω*. *To make new or renew, to repair, to change or alter the ſtate or condition of; to make otherwiſe then it was.* Novare membra, pro Radere: inde *Novatio pudendorum* apud Arnob. Leg. & *Noviet*, unde *Novitius*, Juv. Novor, paſſ.

Novulus, dim. à Novus, unde Novellus.

Novuncium. *The weight or meaſure of nine ounces.*

Novus, a, um; ex *νέος*· *καινός*, *νεαρός*. Aliqu. charus, Novi ſoles, i, verni dies, Virg. Novis rebus ſtudere, *To ſeek to alter the ſtate of a kingdom. New, freſh, ſtrange, great, uncouth, ſudden.* Novi homines, qui ſuas tantùm imagines habebant; *Nobiles*, qui etiam majorum.

Nox, ctis; f. ex *νύξ*· Alii à Nocendo. Nox pro Somno. Nox æterna pro Morte. Nox animi, h. e. Ignorantia, cæcitas. Noctis partes ſunt Veſpera, crepuſculum, prima fax, concubium, nox intempeſta, ad mediam Noctem, media nox, dimidiâ nocte, conticinium, gallicinium, & diluculum; vide Concubium. *Night: ſtarp darkneſs: a miſt: alſo death*, Virg. *Blindneſs and ignorance*, Ovid. *Adverſity or trouble.* Nox, pro Noctu, Macrob. Nox, pro Nocturna conſuetudine veneris, Ter. *Militem ejus noctem orantem.* Sic Suet. *Noctem ſibi poſticentis.* Nox *alſo* pro Nocturna pollutione, quam qui patitur, Græci *ὀνειρογόνον*, ut rem ipſam *ὀνειρωγμὸν* dicunt: Perſius, *Noctem flumine purgat.*

Noxa, æ; f. & Noxia; ex Nocendo, ut à Neco nex: *ἄτη*, *αἰτία*, *βλάβη*, *ζημία*, *τὸ σφάλμα*. *The offence, or puniſhment and paſſion for the offence and treſpaſs*: obligatio ad pœnam, vel pœna ipſa; ut cùm dic. *Noxa caput ſequitur*, &, *Noxæ dedere.* Etiam pro homine qui nocuit; ut, *Herorum filii noxæ*; quâ ratione *Operæ* dicuntur Homines operantes. *A fault or blame. Alſo hurt, damage, harm or miſchief. Alſo a brawl or noiſe*, Auſon.

Noxalis, le; *ἐγκλημάτικός*, *αἰτιατικός*. *Belonging to an offence, fault or puniſhment of a fault.* Noxalis actio, Caius; *βλάβαι δίκη*· *An action againſt the Lord for an offence done by his bondman or caſtel.*

Noxatio, *ἀδίκημα*, Gloſſ. correctio, multa, pœna. *A puniſhment.*

Noxè, adv. Tert. *Harmfully.*

Noxia, æ; f. V. Noxa; *αἰτία*, culpa, maleficium. *Harm.*

Noxietas, atis; f. *Harmfulneſs.* Tert.

Noxilis, le; *βλαπτικός*, nocens.

Noxior, us; compar. à Noxius, Sen.

Noxioſus, a, um; Sen. *ἐπιβλαβὴς* & *ἀτυχὴς*. *Full of hurt, very hurtful.*

Noxit, pro Nocuerit, Lucil.

Noxitudo pro Noxa, Accius apud Nonn.

Noxius; *βλαβερὸς*, *ἀτυχὴς*, *ἐπιβλαβὴς*. *Offenſive, hurtful, noiſom, doing diſpleaſure: found guilty, and culpable*, qui noxam dat.

N ante U

N.V. In notis antiq. *non vir*, vel *non vocat*, vel *non valet*. NV. *nuptiæ.*

Nūbĕcŭla, æ; f. dim. à Nubes: *νεφέλιον*. *A little cloud: alſo heavineſs or ſadneſs of countenance: a cloud caſt over ones forehead: alſo the white ſpecks of the nails*, Jun. Nubeculæ, plur. *In urines, clouds towards the upper region of them*, Celſ.

Nūbens, tis; part. *γαμοῦντος*. *Being wedded or married.*

Nūbes, & Nūbis, is; f. *νέφος*, ex *νέφ*, *νεφ*, quod à *νέφω* dicitur. Becm. ex Nubo, *nubere* perpetuum operimentum, quo Nubo ex Nubes: à *νέφ* *ſitum*. *νέφη*, *νεφέλη*. *The thickning of cold air, having in it plentiful force to ingender: a cloud: a multitude, that doth cover and darken, as clouds do: alſo adverſity, trouble: any thing wherein knowledg of matters is hid: a cloud, a cover.*

Nūbĭdus, a, um; adj. Ale. *Cloudy.*

Nubĭfer, a, um; Sil. *That bringeth or cauſeth clouds, cloudy.*

Nūbĭfugus, a, um; Sil. *φυγονεφὴς*. *That chaſeth away clouds.*

Nūbĭgĕna, æ; f. Col. *One ingendred of a cloud: the Centaures are ſo called.*

Nūbĭger, a, um; adj. *Bearing clouds.*

Nūbĭlar, aris; vel Nubilarium, ii; n. Col. *A houſe where corn is carried for fear of rain*, Varro.

nubilo, Var. 1. 13.

Nūbĭlis, le; *ὁ ἡ τὸ νεφώδης*. *Marriageable.*

Nūbĭlo, as; & Nubilor, aris; nubibus obſcurare, Cat. *ζοφόω*, *σκοτίζω*. *To make cloudy or dark, to make obſcure.*

Nūbĭlōsè, adv.

Nūbĭloſus, a, um; adj. Jun. *νεφώδης*, *ζοφώδης*. *Full of clouds, cloudy, rough, boiſtrous, ſtormy and tempeſtuous.*

Nūbĭlum, li; n. Plin. *νέφος*, *ζόφος*, *σκότος*. *A cloud, obſcurity, darkneſs, dark weather: alſo ſadneſs or heavineſs*, nubilum tempus, nubes.

Nūbĭlus, a, um; adj. Plin. *Nubilus*, nubibus tectum, *ζοφερὸς*, *νεφώδης*, *νεφελώδης*. *Cloudy: alſo obſcure, dark, ſad, angry, diſpleaſant, frowning.* Frons nubila, Mart. *A lowring look, a ſad or heavy countenance.* ¶ Mars nobilis ira Stat. *Through anger diſpleaſant.* ¶ Fata nascenti mihi fuit nubila, Ovid. *The Lady of deſtiny was angry with me, ſhe frowned on me when I was firſt born.*

Nubis, is; Plaut. V. Nubes.

Nubitur, impers. paſſiv. vocis, Plaut.

Nubivagus, a, um. *Paſſing through or among clouds*, Sil. Ital.

Nubo, is, pſi & Nuptus ſum, ere; *γαμίσκομαι*, *γαμηθῆναι*, *συνοικεῖν* ex *νέφη*· *nubes*, & Sponſæ dicuntur nubere, quòd capita velabant; à quo *nubere* eſt Sponſæ caput velare flammeo, quod faciebant cùm ad ſponſum deducenda eſſet, id quod noſſe debebat: hinc *Nubere* eſt Matrimonio jungi de muliere. Sunt qui dicunt, virum nubere cùm ſevit uxori, ſeque illi ſubjicit, quæ ſibi parere debebat. *To marry, to take a husband, to be wedded; properly of the woman: γαμεῖν, συνοικεῖν. and ſometime of the man, when it is ſignified that his wife is his maſter.* Nubere dicuntur arbores vitibus, Plin. *To be joyned or wedded with vines, that they may climb up by them.* ¶ Aiebant filiam meam nubere tuo, Ter. *That my daughter ſhould be wedded to your ſon.* ¶ Una nupta eſt duobus, Gell. *One woman was married to two husbands.* Nupta eſt cum illo, *ſhe is wedded to him.* ¶ Nubere in fa-

Jun

...dinem, *To be married into a noble* ... *stock or family.* ¶ Nubere de ... *Worst heri*, i. Mulierbria pas... *start.* Nubere dicuntur mere... *Quotidie vire nubit, nuptisque* ... *nubit nox nullæ*: Plaut. Nubor, ... *Ablativo vocem & Activè & Passivè ha...* Veterrea, Fest. Nonn. Nubsit pro ... *ubi ea ætate* Nupsit, Calv.

Nucamentum, ti; n. Plin. *κύπαιρον, λοβός. The Cats-tail on nut-trees, or the long bud hanging down like a long aglet: and the like is in sundry other trees.*

Nucella, æ; f. dim. à Nux, Hier. *A little nut.*

Nucerem, pro Nucem, antiq. Fest.

Nucetum, ti; n. Stat. *καρυών, A place where nut-trees grow.*

Nuceus, a, um; Plin. *καρυινός*, Oribas. *καρύϊνος. Of a nut.*

Nucha, æ; vox Arabica. *The nap of the neck* Anatomicis & Chirurgis, Spinalis medulla.

Nuicula, *A little nut.*

Nucilla, idem.

Nucifrangibŭlum, li; n. Plaut. ex nucis frangendo. *A nut-cracker, a tooth.*

Nucinus, a, um; adj. ex Nux: Mentha nucina, quæ in pretio priusquam virere esset cognita.

Nuciperſica, æ; f. Mart. *A Peach.*

Nuciprunum, Plin. prunum insitum nuci. *Plums graffed in a nut-tree stock.*

Nucispinea, Gloss. Nuces pineæ: *πίτυα.*

Nucletarium, ii; n. Stat. *καρυών, A place where nut-trees grow.* Leg. Nucetarium.

Nucletarius, ii; f. Plin. *A nut-tree.*

Nucleo, as. *To cover or hide.*

Nucleolus; dim. à Nucleus.

Nucleus, i; m. Plin. ex Nuce, qu. nucleus: *κύαμος, A kernel: the crust or outer laying of the pavement*, Vitruv. Nucleus allii, Plin. *A clove of garlick.* ¶ Aliorum nucleus. *The meat, pith or marrow within the kernel.* ¶ Nucleus ferri, Plin. *Steel, or a gad of steel.* ¶ Pinguedinis nucleus, Plin. *A clot or lump of fat.*

Nuduriæ; navium sive navigii genus. Cal. ex Gell. 10. 25.

Nucula, æ; f. dim. à Nux, Jun. *κάρυδον. A little nut, a hazle-nut or filberd.*

Nuculus, li; Apul. *A Catamite*; V. Nux: *a child that delighteth in toys.*

Nucupius. *Above nine.*

Nucus, ci; f. *A nut-tree.*

Nudatio, *γυμνωσις*, Aug. *A making bare.*

Nudatus, a, um; partic. *Nudatum*, quod tectum esse consuevit, sed nunc tectum non est: *γυμνωθείς. Made naked or bare: sheiled, left, succourless, void of: ransack, disclosed.* Nudatæ messes, Ovid. *Corn reaped or mowen from the ground.* ¶ Nudatus defensoribus murus, Cæs. *Void of men to defend it.* Nudati etiam dicuntur, qui ordine aut loco moti sunt, Senatorio scil. vel Equestri, à Censoribus, Sen.

Nudè, adv. *Simply, without dissimulation.* *ψιλῶς.*

Nudulus, a, um; adj. dimin. à Nudus. *Little naked*: leg. Nudulus.

Nudipedalia, Egisip. *γυμνοπόδια*, & *γυμνοποδία*: solennitas in qua nudis pedibus incedebant; V. Jos. *Certain Sacrifices used in* Hierusalem, quæ colebant Judæi nudis pedibus, Tertul.

Nudipedia, æ; f. *γυμνοποδία. Barefootedness.*

Nudipes, adj. Gloss. *γυμνόπους. He that goeth barefooted.*

Nuditas, ātis; f. Quint. *γυμνότης*, *ψιλότης. Nakedness, poverty, want of any thing, barrenness.*

Nūdiusquartus, adv. Plaut. nunc dies est quartus, *ἤδη ἡμέρα τετάρτη. Four days ago.*

Nūdiusquintus, adv. Plaut. nunc dies est quintus, *ἐν τῇ ἡμέρᾳ οὐ πρὸ πέμπτης. Five days ago.*

Nūdiussextus, adv. nunc dies est sextus, *οὐχ τὼ ἡμέρᾳ οὐ ταύτης ἑξῆς. Six days ago.*

Nūdiustertius, adv. compos. ex Nunc & Die tertio, Fest. *πρόχθες. The day before yesterday, the third day ago.* Nudiustertius decimus, *Thirteen days since.*

Nūdo, as; *γυμνόω*, à *γυμνός. Nudum*, quod nunquam tectum fuit (nudus, non tectus:) *γυμνόω*, *κατογυμνόω. To make naked or bare, to strip naked: to uncover, to make void; to discover, to reveal or lay open: to lay abroad: to spoil one, &c. to take away.* Præsidio sceleratorum civium perditos magistratus nudare, *To take from wicked Magistrates the aid of, &c.* ¶ Nudare gladios, Liv. *To draw their swords.*

Nūdor, pass. Nudatur arbor foliis, Plin. *Is bare without leaves.*

Nūdus, a, um; ex *γυμνός* vel *Nudus*, quasi *non dutus*, i. non indutus, ex νὺ & δύω pro ἐνδύω: à Ne, i. non, & Duo inusitat. indè Induo: *γυμνός. Bare, naked, uncovered: void, empty, destitute of: poor: also dead and unburied*, Virg. *plain, clear, evident, without color and glozing*, *ψιλός. Nudus à propinquis, Having no kinsfolk to help him, destitute of friends.* ¶ Urbs nuda præsidio, *That hath no Garrison, void of succor or aid.* ¶ Nuda genu, pro Nudum genu habens, Virg. ¶ Æstas nuda, Ovid. *Summer, wherein men go naked for heat.* ¶ Nudo vestimenta detrahere, est Commodum sperare ab eo qui nihil habet.

Nuga, æ; c. Gloss. *A filthy or unclean fellow.*

Nugacitas, atis; f. idem quod Nugalitas.

Nūgæ, arum; f. plur. ex Non vel Ne, & Ago; qui nugatur, nil agit. *Nugæ* erant propriè carmina præficarum, quæ canebantur in mortuorum laudem: Plaut. Asin. *Hæc non sunt nugæ, non enim mortualia.* Etiam origo id declarat: nam *nugæ* Hebraicum & Syriacum vocab. Id sonat *mœrorem*, sicut Nænia *planctum* eâdem linguâ; vide Scalig. ad Var. *Nuga*, נוּג *dolore affectus*, ex נוּג; vide Scal. *λῆρος*, *ὄθλος*, *γλίσχρα. Trifles, toys, fables: properly womens toys and fables*, Scal. Varr. undè Nugivendulus, *A seller of such toys. Also a trifler and vain person.*

Nugalis, le; & Nugatorius, a, um; Gell. *λαπάδνος*, *φλυαρώδης. Trifling, one that trifleth, vain, of no moment.*

Nugalitas, ātis; f. *A Trifling.*

Nugamentum, ti; n. idem quod Nugæ.

Nuganter, adv. Apul. *φλυαρῶς. Triflingly.*

Nugarius, a, um; idem quod Nugatorius. *Nugarium*; futile, inutile, Var.

Nugas, indecl. idem quod Nugax, *σπουδῆς, ἀσπούδαστος*, Prisc.

Nugatio, ōnis; f. Val. *ἀδολεσχία. A trifling.*

Nugator, ōris; m. à Nugor: *φλύαρος, ἀδολέσχης. A trifler, one that dallieth.*

Nugatoriè, adv. ad Hier. *λαπάδως. Triflingly, frivolously, vainly.*

Nugatorius, a, um; adject. *λαπάδνος, φλυαρώδης, ἀδολέσχης*, Gloss. *Vain, trifling, of no force: he that trifleth*: leg. Nugagulus.

Nugax, ācis; adj. com. gen. *A trifler, ματαιολόγος, φλύαρος. A vain talker.*

Nugidicus, substant. qui nugas dicit.

Nugiger, ra, rum; adject. Nugigera manus; h. e. vana, & quæ sciplam fefellit: vide Nugigerulus.

Nugigerulus, a, um; & Nugiger; *ὀθλοφόρος. One that beareth tales about.*

Nugiparus, a, um. *Bringing forth toyes.*

Nugipera, æ; f. *A truss full of toys.*

Nugiperus, a, um; adj. *Trifling.*

Nugipolyloquides; vox à Plauto ficta, qui nugas πολλὰς, i. multas loquitur.

Nugisonus; i. vana sonans.

Nugitarius, a, um; idem quod Nugatorius.

Nugivendulus; V. Nugivendus.

Nugivendus, Plaut. nugas vendens, Non. qui aliquid mulieribus venderet: *λαπαδοπώλης. A seller of trifles and toys of no value.*

Nugo, ōnis; idem quod Nugator. *A trifler.*

Nugor, aris; depon. *λαπάω, ὀθλέω, φλυαρέω, ματαιολογέω. To trifle, toy or dally.* Nugari cum aliquo, Hor. *To trifle and dally with one.*

Nugosè, adv.

Nugositas, *Toyishness*; & Nugōsus, a, um; adj.

Nugula, æ; f. dimin. à Nugæ. *A small trifle*; & Nugella.

Nullatĕnus, nullâ parte tenus, *μηδαμῶς, οὐδαμῶς. In no wise, at no hand*, Auguſt.

Nullibi, adv. nullo ubi, i. loco: *μηδαμοῦ, οὐδαμόθι. No where, in no place.*

Nullitas, f. *Annihilation, nothing.*

Nullo, as; Gloss. barb. nullum facio, nuco: Nullatio; mutatio, Gloss. Arabicol. Nullum, i. nulla res.

Nullomodo, adverb. *οὐδαμῶς. By no means.*

Nullus, a, um; genit. Nullius, dat. Nulli; non ullus. *Quem ego hominem nulli coloris novi*, pro Nullius, Plaut. Nulli consilii, pro Nullius. Nulli modo pro nullo modo. Item Nullo differt, i. Nulla re. Nullo sibi relicto, *Having nothing left*, Am. Marcell. *Nullus* de rebus omnibus, *Nemo* tantùm de hominibus: *οὐδείς, μηδείς, οὐτις. None, of no price, value or profit, vain.* Sumitur etiam pro Non.

Nullusdum, nullus in hunc diem, Boët. nullus adhuc: *οὐδείς πω. No man as yet.*

Num, adv. interrogandi, ex Ne, ut *μῶν* ex *μὴ· ἆρα, μῶν, ἦ που·* à *μήν. Whether, wherefore.*

Numarius, a, um; *χαρμωτικός, χρηματικός. Of money: corrupted with money, hired or given for money: also he that is given to money*, Hier.

Difficultas numaria, *Scarsity and lack of money.* ¶ Numaria tessera, Suet. *Letters and bills of exchange.* Numariam rem constituere, *To establish and set down an order for the valuation and currantness of money.* Cic.

Numario, & Nummatio, onis; f. πολυχρημαλία, ἀφθονία. *The having of a great abundance of money.*

Numātus, a, um; adj. πολυχρήματος, ἐυπορος. *Full of money, rich.*

Numella, æ; f. Plaut. Est genus vinculi, nominatum à forma numorum, quos articuli sive ligamenta mutuo juncta repræsentarent, Bec. Turneb. dict. quòd qui eo vinculo constricti erant, *nuere* demissóque capite esse cogebantur, ut sit *numella* quasi *nuella*, m inserto: à Nuo: κύφων. *A tumbrel, wherein malefactors were punished, or a kind of pillory or stocks, wherein the neck and sometime also the feet were put: a clog, a yoke of wood for the necks of dogs or other beasts,* Col.

Numellarius, ii; m. Col. *A shacklemaker.*

Numellatus, a, um; adj. *Shackled.*

Numello, as, avi, are. *To shackle.*

Numen, inis; n. à Nutu, vel ἀπὸ τῆ νέυματος. *Numen* enim voluntas Dei, quâ velut nuit, i. annuit, dum vult; & abnuit cum non vult. Sign. etiam providentiam divinam. Onom. *Numen*, διὸν βούλη. Gloss. θεῖον· τὸ θεῖον, ἡ θεία δύναμις. *The power, will, majesty, might or vertue of God: sometime God, the soveraignty or divine power and majesty: deitas, τὸ δαιμόνιον. Also power and authority: also an oracle or judgment,* Virg. Numine afflatus, Jun. idem quod Fanaticus.

Numerābilis, le; Horat. ἀριθμητός. *That may be numbered or told.*

Numerālis, le; adj. ἀριθμητικός. *Of or belonging to number.*

Numerandus, a, um; part. ἀριθμητέος. *To be numbered, reckoned, told, counted.*

Numeraria; dea numeri.

Numerarius, a, um; Cod. qui numerat, λογιστὴς. *He that casteth accompt. An Officer in the latter Emperors time, belonging to the Office of* Prætectus Prætorio. *A kind of Register, Notary or Auditor,* Am. Marcell.

Numeratim, adverb. κατ' ἀριθμόν. *By number.*

Numerātio, onis; f. verb. Col. ἀρίθμησις, καταλογισμός. *Numbring: Also ready money.*

Numerātò, adv. ἀριθμῷ. *Promptly, at hand, by number.* Numeratò vivere, Hor. Ep. 2. 2. *To live upon the penny, having but from hand to mouth, and buying all at the worst hand.*

Numerator, m. Boët. *He that telleth or numbreth.*

Numerātus, a, um; ἀριθμηθεὶς. *Reckoned, numbred, told, payed: also ready, present.* Numerata pecunia, *Ready money, or money told down presently.* Ingenium in numerato habere, i. in promptu, & ad manum; *To have ones wits about him, or wit at will.* V. Paræi Lex. Plaut.

Numerè, & Numerò; i. citò, nimiùm, celeriter, sapius, Plaut. i. tam citò, quàm res numerari possit; *Numerè* dicebant Veteres præsenti tempore, *Numerò* præterito: ex Numerus, V. Fest. & Scal. *Numerò* etiam ad numerum, numeratò, ordine, sine hæsitatione.

Numeria; dea quam in partu precabantur, Varro.

Numerius; numerò, i. citò natus, sine parentis magna difficultate; Varro, Cato; V. Matt. Prænomen Romanum patritiæ gentis Fabiæ. Tit. Prob.

Nūmero, as, avi, are; Virg. ἀριθμέω, καταλέγω. Numerus מספר. Isid. à Nominando. Item Numero nummus nomen dedit, & à sui frequentatione vocab. indidit: vel ex τὸ & μέρος, i. pars. Scal. ex νέμειν μέρος. *To number or tell; to account or reckon in order, to esteem, judg or think, to lend, to deliver out of hand, to receive of one and pay another.* Per digitos numerare, Ovid. *To count on his fingers.* ¶ Stipendium numerare militibus, *To pay souldiers their wages.* ¶ A Quæstore numerare, *To receive money of the treasurer, and pay it.* ¶ Nullo loco numerare rem aliquam, *To set nothing by a thing, to reckon or esteem it nothing worth.* ¶ Eámque neque in rectis, neque in bonis numerabat, *He counted it neither good nor ill.*

Nūmerò, adv. i. tam cito, quàm numeres. V. Numerè. *Very soon, by and by, too quickly.*

Numeror, aris vel are; pass. *To be numbred.* Mors in beneficii partem numeretur, *May be reckoned as part of a benefit.* ¶ Vites inter arbores numerabantur, Plin. *Were counted as trees.*

Nūmĕrōsè, adv. *In great number, by or in measure:* ἀριθμῶς, καὶ μέτρον.

Numerosissimè, adv. superl. Apul.

Numerositas, atis, f. Macrob.

Numerōsiter, adv. Arnob. *By measure, musically.*

Nūmĕrōsus, a, um; osior, & issimus; ὁ πολὺς ἀριθμὸς vel ἀριθμός. *In great number, framed in measure and number of feet, going in due measure and proportion of syllables, that falleth and soundeth well, ῥυθμὸς· great and manifold.* Numerosus sermo, Jun. *The same that* Astrictus.

Nūmĕrus, ri; m. vide Numero. *Numerus*, discreta quantitas à distributione Latini dixerunt, hoc enim est νέμειν μέρος, unde νόμος· ἀριθμὸς, καταλογὸς. Numerus Isidoro à Numus vel nummus, Hebr. מנה, Chald. מנן. Numerus Musicus, Grammaticus, Arithmeticus. ¶ Numeri, Ἀριθμοὶ· *The fourth book of* Moses, *because in the beginning is set down the number of the People of* Israel. Aliquando dimensionem & magnitudinem signif. aliquandò pro Harmonia & concentu, Numerus oratorius, Numerus Poëticus. Numerus pro certa ratione & ordine. Numerus item Ordo, status gradûs cujusque, & locus quo est habendus. *Number, quantity in grain or things measured: harmony, order, due time and proportion,* ῥυθμός. *Measure and order in syllables, a verse: a company or multitude assembled:* Armaturæ numeros omnes Tyronem docere, *To train a young souldier, and teach him all the points of war,* Veget. *Honor, estimation, credit, countenance: reckoning or account: store, abundance and plenty: also good order, aray,* Virg. Perfectum expletumque omnibus suis numeris & partibus, *Absolute, perfect and full in all points.* ¶ Veritatis omnes numeros in se habens, *Perfectly true, as true as the Gospel.* ¶ Numero, vel in Numero aliquo hâberi vel esse; *To be somewhat esteemed or set by, to be had in reputation.* ¶ Maximus vini numerus fuit, *There was a great quantity or plenty of wine.* ¶ In numeros nomen referre, Plin. *To have his name billed.* Numerus *is also a Cohort of souldiers,* τάγμα, σπεῖρα. Cohors erat, quæ vocatur Numerus. Sed quandoque pro quibuscunque militum copiis Numeri accipiuntur. Panciroll. Numerus etiam pro Vulgo, *Of the vulgar.* Nos numeri sumus; Et, Numero eximere.

Numidiades, subst. Plin. *Turkey hens.*

Numidiana pyra, à patria ubi nascuntur nomen sortita, Plin. 11. 15.

Numidica guttata, Mart. ex Numidia, quòd quasi albas guttulas habent in plumis. *A Ginney or Turky hen.*

Numidicus lapis (silex Libycus Papin.) est marmor generosum, ex Numidia; unde Numidicæ aves, Numidici ursi, apud Plin. Numidicum marmor, *A kind of Marble.*

Numinosus, a, um; i. Numinibus plenus.

Nūmisma, atis; n. Hor. νόμισμα. *The same that* Numus.

Nummarius, ii; m. χρηματιστὴς. *A Coiner.*

Nummarius, a, um; adj. *Belonging to money;* ut, Nummaria causa, χρηματικὴ. Nummaria cupiditas, φιλαργυρία. V. Numarius.

Nummositas, ātis; f. πολυχρημάτια. *Fulness or plenty of Coin.*

Nummosus, a, um; πολυχρήματος. *Well-monied, rich in gold and silver.*

Nummulus, m. Cod. νομισμάτιον. *A little piece of coin.*

Numnam, adv. Ter. vide Num.

Numularia, æ; f. Gesn. *An herb commonly called* Centimobia, *Money-wort, two penny-grass, herb two-penny.*

Numulariosus, a, um; Sen. Controv. 9. dimin. ex Numularius.

Nūmŭlārius, ii; m. vel Nummularius; mensarius, κολλυβιστὴς, τραπεζίτης, ἀργυροπράμων. *A banker, he that maketh gain by changing of money, or letting it out to usury.*

Nūmŭlus, li; m. dim. à Numus: νομίσιον. *A little penny.*

Nūmus, mi; m. νόμος, ὁπὸ τῦ νέμω, i. lego, vel *consuetudine*; eò quòd valeat ὑ φύσει ἀλλὰ νόμῳ· vel quòd cùm homines antea uterentur permutatione, tandem numi usus scriptâ lege sit introductus; vel quòd debeat esse legitimus: vide Fest. Isid. à *Numa* rege, qui eos primùm apud Latinos imaginibus notavit, & titulo nominis sui præscripsit, cum antea corio & testulis ad eam rem uterentur; νόμισμα, χρῆμα. *Money or coin.* Numi vacui, Scæv.

Nunc, adverb. temporis; ex Græc. νῦν, νυνὶ, Canin. Aliquando pro Tandem, pro Sed, pro Autem. Scal. ex νῦν γὰ νῦν, ὅ τῦ νῦν. *Now, even now.* Nunc demum, Nunc denique, Nunc jam; *Now at the last, at this present, at this time, now and never before.* Nunc verò idem, *Also but now.* Nunc nunc, Virgil. *Even very now, at this very moment.* Nunc nuper, Ter. *Even now, lately, now not long since.* Nunc primùm, Plaut. *First and foremost.*

Nuncia, æ; f. ἀγγελιαφόρος, ἀγγελία. *She that bringeth word or tydings, a messenger, a reporter.*

Nuncians,

Nunciant, tis; part. ἀγγέλλων. *Telling, declaring or shewing.*

Nunciatio, ōnis; f. ἀγγελία, ἀγγελμα. *A report, a shewing, a declaration.*

Nunciatio, in auguralibus, eáque duplex; i. augurii, quam habebat augur: à avocatio concionis, quam magistratus major habebat, Fest. Hæc dicebatur Obnunciatio.

Nunciator, ὁ ἀγγελίας. *A reporter or teller.* Digest.

Nunciātum, i; n. Aug. *A report or message.*

Nunciātus, a, um; part. ἐξηγγελθείς. *Told, reported, discovered.* Ita Romam erat nunciatum, *Such news was at Rome.* Nunciatum est nobis Cæsarem, &c. *Word was brought unto us, that, &c.*

Nuncio, as; novitatem dico, ex Novo, vide Nuncius: ἀγγέλλω, διαγγέλλω, μηνύω. *To shew, or bring tidings or news, to report, or tell: to signifie, betoken.* Salutem tibi ab sodali solidam nuncio, Plaut. *I have hearty commendations to you from, &c.*

Nuncior, pass.

Nunciolum, n. Digest. *A little message.*

Nunciolus, m. Digest. *A little messenger.*

Nuncium, ii; n. Cato. ἀγγελία. *Tydings, news, a message.*

Nuncius, ii; m. qu. *novisicus.* Scal. ad Varr. Ut ab *olle* ἐνέπω ἀγγελία *nuncio*; sic à νίω Sicula declinarunt. Latine *Nuncius*, ſc. quia nova portat. παρὰ τὸ νίω, à rebus novis ferendis: ἄγγελος, μηνυτής, ἀγγελιαφόρος. *A Messenger or messenger: tidings, news: a bringer of tidings:* Qui ei rem gestæ indicium affert. Remittere nuncium uxori, i. Repudiare; *To divorce, to cast off clean, to put away, to renounce.*

Nuncprimum; V. Nunc.

Nuncubi, adv. loci, Ter. μὴ ἔν πού. *Any where, any whither, in any part, any time.*

Nuncupans, tis; part. ὀνομάζων. *Calling, naming, pronouncing.*

Nuncupatim, adv. nominatim. Sidon.

Nuncupatio, onis; f. vide Plin. φωνήσις, ὀνομασία. *A pronouncing, a telling or reciting, naming, a declaration of a will by mouth.*

Nuncupativum Testamentum, Plin. ἡ διαθήκη ἀνομαστική. *When the testator doth declare by word of mouth that he will have done after his death: a testament made by word of mouth before lawful witnesses. A will parol.*

Nuncupator, m. Cod. *He that pronounceth or nameth.*

Nuncupātus, a, um. *Called, named, pronounced, expressly declared by word of mouth.*

Nuncŭpo, as; ex Nominare: expresse nomino, vivâ voce, tanquam nunciando. Nuncupo à Nuncio, Varr. à Novus. Sign. antiq. Inclamare: v. Scal. & Mart. Aven. ex ϗρ: φωνεαγορεύω, ὀνομάζω, χρηματίζω. *To dedicate: to name, to call by some name: also to pronounce, utter and tell expressly, to make expresse mention, to tell by name, to recite, to rehearse.* Vota nuncupare, *To make a solemn vow with formal words.* ¶ Nuncupare testamentum, Plin. *By word of mouth without writing, to make and declare his last Will.*

Nuncŭpor, pass.

Nundĭna, f. Rom. Dea. v. Mart.

Nundinæ, arum; f. ex Nono die dict. qu. *novendinæ*, quòd octo diebus in agris essent, & nono die repeterent urbem ad mercatum, & legum accipiendarum causâ: v. Fung. Translata est vox ad celebres mercatorum conventus, immunes liberósque, unde Gloss. exponit ἀγορᾶιος πανηγύρεις, πανηγυρικὸν, ἐμπόριον, πανήγυρις. *A fair, a mart, a market, which in Rome was kept every ninth day, so that the people resorted to them as well to buy, as also to understand what lawes were made and proclaimed.* De Nundinis vide Macrob. Saturn. 1. 16.

Nundinalis, le; adj. Plin. πανηγυρικὸς, ἀγορᾶιος. *Pertaining to fairs or markets:* ad nundinas, id est, ad nonum diem, ad novendiales ferias pertinens. Coquus nundinalis Plauto dicitur feralis, novendialisque, & qui mortuis tantùm paret in cœnam: h. e. insubidus plane & imperitus.

Nundinarium, ii; n. πανήγυριον. *A place where a Fair or Market is kept.*

Nundinarius, a, um; adj. Plin. πανηγυρικὸς, ἐμπορικὸς. *Of or belonging, or serving to Fairs, where Marts or Fairs be kept.* Forum nundinarium, Plin. *A Fair or mart where all things are to be bought and sold.*

Nundinatio, onis; f. verb. à Nundinor: ἀγορασμὸς, καπηλεία, ἐμπολεύσις. *A buying or selling.* Nundinatio juris, *Buying and selling justice for bribes.*

Nundinātor, ōris; f. verb. Fest. κάπηλος, ἀγοραστής. *He that goeth to fairs and markets to buy and sell, a market man.*

Nundinatrix, f. Cod. *She that goeth to fairs to buy or sell.*

Nundino, as; idem quod Nundinor. *To buy and sell.*

Nundinor, aris; dep. κάπηλεύω, ἀγοράζω. *To buy and sell openly, as they do at fairs: to set out to sale: to make merchandise of.*

Nundinum, ni; n. vide Nundinæ.

Nūnquam, adverb. non unquam, ὔποτε, μηδέποτε. *Never, it is impossible, not, nothing in the world.*

Nunquamnum; semper, omni tempore, Suet. in Tib.

Nunquando, μήποτε, πότερόν ποτε. *Whether at any time, whether ever.*

Nunquid & Nunquidnam, adv. interrogandi; μὴ ἔν τι; πότερόν τι. *Whether.*

Nunquis, quæ quod vel quid; ἄρα, μήτις; μὴ ἔν τις; *Who? or, is there any one? any of, &c. any thing or service.*

Nunsio vel Nansio; titubo, Gloss. Arabicol.

Nuntio; v. Nuncio, &c.

Nuo, is, ui, tum, ĕre; ex νέω ex νεύω; vel נוד, Aven. νέω. *To nod with the head, to signifie by nodding.*

Nuper, & Nuperrimè, adv. temp. *Nuper* qu. *noviper* vel *novitèr*, Fest. νεωστὶ, ἄρτι, ἐναγχος. *Late, lately, not long ago, not long since.* Nuper admodum, adv. Plaut. id est, pronuper, ubi *pro* valet *porrò* sive *longè. Very lately.*

Nupĕrus, a, um; Plaut. νεόγαμος, νέος. *Late happened, done or come.*

